

1315 gennaio 26, Udine.

Andrea detto "Frulga" da Udine, essendo malato, detta le proprie ultime volontà e chiede di essere sepolto presso la chiesa di S. Maria maggiore, cui lascia mezza marca di denari aquileiesi. Dispone quindi vari legati in favore delle chiese e dei poveri, del custode e dei canonici, chiedendo che per il suo anniversario siano accesi quattro ceri e che la sua sepoltura venga ricoperta di porpora. Vuole inoltre che un sacerdote celebri ogni giorno la messa sull'altare di S. Odorico entro la chiesa di S. Maria di Udine. Dopo aver lasciato altri legati ai figli ed ai parenti prossimi, nomina sua erede la moglie Domenica.

Originale membr., mm 545 x 265, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 36. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1314 26 I". Sul verso, mano sec. XIV: "Testamentum mag[istri] condam [Andree] F[rulge ...] Sancti [O]dorici"; altra mano sec. XIV: "Test(amentu)m Andree f[rul]gie qui [dota]vit altare sancti [Vol]dorici"; mano sec. XVII-XVIII: "1315 [2]6 ian(uarii). Testamentum magistri q(uondam) Andree Frulga, in quo [multa] ligavit custodi, canonicis et capitulo Utinensi, ex quo [si quidem] apparet capitulum Utinense antiquius esse quam multi non bene conscii opin[un]tur"; mano sec. XX, a matita: "36c".

Pergamena in buone condizioni di conservazione. Inchiostro unico.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Anno Domini millesimo tricentesimo quintodecimo, indictione terciā^a, die sexto exeunte ianuario, presentibus dominis Hermanno notario de / Utino, Pricavallo qui fuit de Montereali et Marquardo mercatore qui fuit de Artenea, Libanorio becario, Petro dicto Trifolga spadario, Çecado pelipario de Postcoles, / Raymundo dicto Bilin calcifice filio Ianuarii de la Casina et Niculussio dicto Lancon qui fuit de Galano filio condam Iacobi de Puteo testibus et alliis pluribus ad hoc / vocatis et rogatis. Hendreas dictus Frulga de Utino, sanus mente licet corpore languens, nolens intestatus decedere per presens nuncupativum testamentum sine sc/riptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem elegit sepulturam sui corporis apud ecclesiam Sancte Marie magoris^a de Utino at cuius fabricam legavit mediam / marcam denariorum Aquilegensium. Item voluit, ordinavit et legavit quod de redditibus medie marce denariorum Aquilegensium quam Menis de Sancta Maria la Longa anuatim sibi solvere tenetur pro quadam / domo sita in burgo inferiori Utini, ut dicebat, tragintaduo denarii per camerarios ipsius ecclesie qui pro tempore fuerint in aniversario suo pro pane et vino ad vigilias suas / faciendas expendantur anuatim et ipsi camerarii custodi et canonicis et alliis sacerdotibus qui interfuerint pro ipsius anima distribuere teneantur; vigintiquatuor denarii de dictis / redditibus sint camerariorum pro ipsorum labore; decemseptem denarii etiam de ipsis redditibus deveniant camere ipsius ecclesie, ita quod in aniversario ipsius quando missa conventus pro ipsius anima / celebrabitur dicti camerarii teneantur acendere et ardere facere quatuor cereos apud sepulturam ipsius et purpuream camere imponere super sepultura, donec missa ce/lebrata fuerit; septem autem denarii qui super habundant de dictis redditibus dicte medie marce solvantur curie domini patriarche, prout debetur de iure pro domo predicta. / Item legavit redditus unius marce denariorum Aquilegensium custodi et canonicis ecclesie Sancte Marie predictae, quam sibi solvit Benvenutus de Sancta Maria la Longa pro dicta domo sita in / burgo inferiori Utini, ut dicebat, ita quod de dictis redditibus dicte marce sexdecim denarios custos ant(e) p(ar)te(m) et primo habere debeat et quadraginta denarios de dictis / redditibus dicte marce dictus custos et canonici sacerdotibus qui in dicto suo aniversario interfuerint et pro ipsius Handrea^b anima missas celebrabunt distribuere teneantur / anuatim prout eis pro ipsius anima et utilius viderint expedire; residuum autem dictorum reddituum dicte marce dicti canonici cum custode qui interfuerint in ipsius aniversario / equaliter pro rata infra se dividere teneantur et ad eos perveniant at hoc quod pro ipsius anima oraciones Deo facere teneantur. Item legavit, voluit et

^a da intendersi maioris

^b da intendersi Andree

ordinavit quod / reditus unius marce denariorum Aquilegensium quam sibi solv(un)t Martinus filius presbiteri Hermanni et heredes olim Valtirussii fratris Leonardi Altrusii de Utino super quadam domo / et orto sitis in burgo inferiori Utinensi cum eorum pertinentiis, ut dicebat, et reditus medie marce prefate monete de redivitibus unius marce quam Mayucinus / de Utino filius condam Mayucii sibi solvere tenetur, ut dicebat, pro quadam domo sita in foro novo Utini, in qua moratur, anuatim pro suo aniversario faciendo per camerarios / sepe dicte ecclesie dicte Sancte Marie de Utino tam in pane, faba, oleo necesario dicte fabe, cepe lignis et aliis necessariis distribuuntur pauperibus et at eos / camerarios qui pro tempore fuerint dicti reditus perveniant anuatim; dans et concedens ex nunc eisdem et cuilibet eorum ius omnemque actionem realem et personalem eo modo / ut premititur quod et quam habeba(n)t, habet seu visus est habere in dictis redivitibus et possessionibus supradictis et omne ius spangandi et dispangandi intromitendi et in / eos retinendi possessiones supradictas prout ipse Handreas plenum ius in predictis dignosebatur habere. Residuum vero dictorum redivituum dicte marce quam dictus May/ucinus solvit ut premititur sit et esse debeat dictorum custodis et canonicorum, ita quod teneantur de redivitibus dicte medie marce sacerdotibus ipsius ecclesie pro missis / faciendis pro ipsi Andree anima viginti denarios dare et distribuere inter eos, prout eis melius videbitur expedire. Item legavit ecclesie Sancte Marie de castro Utini mediam / marcam denariorum Aquilegensium; item ecclesie Sancti Laurenti de eodem loco quadraginta denarios Aquilegenses; item ospitali mediam marcam, silicet Sancte Marie Madalene de Utino; item ecclesie Sancti / Francissi ordinis fratrum Minorum de Utino mediam marcam denariorum Aquilegensium; item ecclesie Sancti Petri martiris ordinis fratrum predicatorum de Utino mediam marcam denariorum Aquilegensium; item / ecclesie Sancti Laçeri de eodem loco mediam marcam denariorum Aquilegensium; item ecclesie Sancti Quirini de Utino quadraginta denarios Aquilegenses; item ecclesie Sancti Petri de Tavella quadraginta denarios. Item legavit / cuilibet capelle de Utino extra muros et infra fossatum ville, ecclesie Sancti Viti de Cascanano et ecclesie Sancti Tome de Caprileis, octo denarios pro qualibet. Item legavit viginti / marcas denariorum Aquilegensium [Ma]rgirusse^c filie condam Cristiani que moratur [cum eo in]^d domo, quas viginti marcas per heredem suum subscriptum eidem Margirusse dare et / solvere voluit quandocumque maritum acceperit. Item legavit Parusino filio suo naturali duodecim marcas denariorum Aquilegensium, cum quibus voluit ipsius Parussini filias maritari / et dotari, videlicet cuilibet earum pro rata quas nunc habet at presens dum modo marite(n)tur de consilio parentum, ita quod si aliqua decedere(n)t, viventes seu vivens in partem mori/entis subcedat seu moriencium, mandans, volens et iubens quod dicte duodecim marce tempore debito prout inferius exprimetur aput idoneam personam deponantur, ita quod ali/quam utilitatem iuste dicte filie Parussini consequi valeant et in utilitatem earum redu(n)de(n)t donec nub(er)i(n)t, et hoc fiat de consilio domine Domenie uxoris sue et / Hermanni notarii de Utino de deposito supradicto, ita etiam quod que primo maritabitur partem suam de predictis duodecim marcis habere debeat. Item legavit Leonardo filio / suo spurio octo marcas denariorum Aquilegensium quas voluit eum habere ann(o) transacto immediate post eius decessum. Item legavit in stirpe et non in capite suis proximioribus / quos nunc abet^e ad presens et de hoc cum iure docebit(ur) et aparebit sic esse quadrai(n)ta denarios Aquilegenses pro qualibet stirpe et in hoc iure hereditario eos seu eas voluit esse / tacitos et contentos. Item voluit, ordinavit et legavit pro salutis anime sue remedio et domine Domenie anima uxoris sue subscribe quod unus sacerdos quolibet / die, exceptis diebus dominicis, super aram Sancti Vodorlici in ecclesia Sancte Marie in terra Utini sita et posita missam celebrare et officium dicere teneatur, impedimento / legitimo excepto, dum modo de dominorum custodis et canonicorum sive capituli dicte ecclesie processerit voluntate atque consensu, vel de ipsorum magori parte, ita tamen quod presen/tacio dicti sacerdotis at predicta faciendae et exequenda fiat et fieri tantum possit et valeat predictis dominis custodi et canonicis sive capitulo ecclesie antedicte / presbiterum prefatum in hac parte legaverit, donaverit, dederit seu cesserit; et si prefati domini custos et canonici sive capitulum renuere(n)t seu

^c *inchiostro evanito*

^d *inchiostro evanito*

^e *da intendersi habet*

acceptare nollent, / dederit atque cesserit tunc per ipsam dominam Dominicam vel cui ius suum cesserit in hac parte seu legaverit et donaverit ordinatio dicti sacerdotis presentatio fiat / et etiam voluit, ordinavit atque nichilominus mandavit quod memorata domina Dominica heres et uxor eius, vel cui ius suum dederit, donaverit atque cesserit, in alia ecclesia / ubi sibi, vel illi cui ius suum dederit, magis videbitur expedire in illa parte predictum ordinamentum, mandatum, voluntatem seu dispositionem libere valeat atinplere^f. Item / legavit sacerdoti predicto pretextu officii sui sive celebrationis faciendi seu faciende super ara(m) predicta(m) seu alio altari redditus livelli quatuor marcarum et m[edi]e^g / denariorum Aquilegensium persolvendi anuatim eidem super possessionibus subscriptis: in primis quidem livellum quadraginta denariorum Aquilegensium super domo condam Machilini sita in Cramis; item livellum qua/draginta denariorum Aquilegensium super domo et furno heredum condam Odorlici sit(is) in foro vet(eri) Utini; item livellum quadraginta denariorum Aquilegensium super domo condam Benvenuti stacionarii / sita in Pelipariis; item livellum tragintaduorum denariorum Aquilegensium super domo et terra Candidi Brisetti condam sit(is) in burgo inferiori Utini; item livellum tragintaduorum denariorum Aquilegensium / super domibus heredum condam Tomasini notarii sit(is) in burgo inferiori Utini; item livellum duodecim denariorum Aquilegensium super domo heredum condam Petri calcificis sita in burgo infe/riori Utini; item livellum viginti denariorum Aquilegensium super domo heredum condam Catalde sita in foro novo Utini; item livellum vigintiquatuor denariorum Aquilegensium super domo condam Çufeti / sita iuxta collum; item livellum quinque denariorum Aquilegensium super domo Trifolge spadarii sita in riva(m) cerdonum; item livellum sexsaginta denariorum Aquilegensium super domo in qua morabatur ma/gister Tomasius medicus; item livellum unius denarii super terra Cigoli sita in Grecano; item livellum unius denarii super bagarçio Pauli sito in Grecano aput Termenetum^h; item / livellum vigintiquatuor denariorum super orto heredum condam domini Ypuchi; item livellum tredecim denariorum super domo olim Benedicti sita in burgo inferiori Utini; item livellum sede/[cim]ⁱ denariorum et medii Aquilegensium super domo Iacobi de Pasilano condam sita in burgo inferiori Utini; item livellum novem denariorum super domo Trifolge spadarii sita in riva cer/donum; item livellum decem denariorum super domo condam Hermanni domini Gostantini sita in burgo inferiori Utini; item livellum viginti denariorum super domo Mayucini sita in foro / novo aput domum Danielis Vercii; item livellum quinquagintaunius denarii super uno sedimine domus sito aput forum veterem Utini; item livellum quinquagintaduorum denariorum Aquilegensium / super domo olim Henrici sita in foro veteri de Utino; item livellum quadraginta denariorum Aquilegensium super una tenet(a) et domibus Nicolai Quartarii sit(is) in Grecano; item livellum duodecim / denariorum super domo et tenet(a) condam Boneti cerdonis sit(is) in burgo inferiori Utini; item livellum vigintiocto denariorum super tenuta una Iacobi de Risano sita in burgo inferiori / Utini; item livellum vigintiquatuor denariorum super una arga et ortu Ra(n)tulfi sit(is) in burgo predicto; item livellum quatuor denariorum super una tenuta condam Raugati sita in burgo inferiori; / item livellum sedecim denariorum super domo et canipa Egidii becarii sit(is) in dicto burgo; item livellum sedecim denariorum super tenuta et domibus heredum condam Stifinie sitis in burgo predicto; / item livellum quinque denariorum super domo Ostasii fabris^j sita in burgo predicto; item livellum quatuor denariorum super domibus heredum Vicardi sitis in burgo inferiori Utini; item livellum tra/gintaduorum denariorum super domo et tenuta Misitini barberii sitis in foro veteri de Utino; item livellum sedecim denariorum super quadam domo et terra postposita sitis in burgo / inferiori Utini, ita quod dictus sacerdos de predictis redditibus qui pro tempore fuerit co(n)tinuo dictum altare inluminare teneatur et in missis celebrandis candelas [expend(er)]e^k. / In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et accionibus et in iure presentandi dictum

^f *da intendersi adimplere*

^g *inchioistro evanito*

^h *inchioistro evanito*

ⁱ *inchioistro evanito*

^j *da intendersi probabilmente fabri*

^k *inchioistro evanito*

sacerdotem dominam Domeniam uxorem suam predictam suam sibi here/dem instituit et esse voluit quocumque modo melius videre potest, ita quod si iure testamenti non valeret, saltem valeat iure codicillorum seu cuiuslibet alterius ultime voluntatis, et cum eo iure quo melius valere potest. Actum Utini, in domo dicti Hendree testatoris.

S.T. Et ego Ulvinus de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

37

1314 gennaio ..., [Duino]

Il nobile Rodolfo da Duino, colto da una grave infermità, dettando il proprio testamento ordina ai suoi eredi di rinunciare all'avvocazia ed ai diritti sulla villa di Pieris, detta in tedesco Steindorf, in favore della chiesa di Beligna, e ciò in remissione dei suoi peccati. Nasinguerra e Ugo da Duino consegnano quindi tali diritti a Mattia abate di Beligna, che rimette a Rodolfo le ostilità, ingiurie ed offese rivolte contro lo stesso abate, la sua chiesa e la chiesa di S. Giovanni del Carso.

Originale membr., mm 420 x 280, ACAU, *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, nr. 37 [A]. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1314 ". Sul verso, mano sec. XIV: "1314. Testamentum domini Rodulfi de Duino, in quo [renun]ciat advoc(ac)iam ville de Pedriz que in Theotonicho d(icit)ur Staydorf, que nu(nc) est villa de Pieris iuxta Isoncium. N° III. P."; altra mano sec. XIV: "[Testam]entum domini Rodulfi de Duino de bonis de Pieris"; mano sec. XIV-XV: "Instrumentum [...]"; mano sec. XVII: "Pedrizzo e Tetonico. 1314"; mano sec. XX, a matita: "37c".

La pergamena manca del margine destro a causa di uno strappo o per roscature di topi, con parziale perdita del testo, sino a mm. 60, specialmente in corrispondenza delle ll. 1-15, che in alcuni casi viene integrato tra parentesi quadre.

In nomine Dei eterni amen. Anno eiusdem millesimo tricentesimo quarto decimo, indictione de[cima ...] / ian(uarii). Actum in domo ante portam Castri, presentibus domino Matheo iudice Flu(min)is, Voulfingo [... Con]/rado de Folchenmarcht scriba dominorum de Duino, Petrussio de Tarzento, Hermanno Rem[etz filio condam] / Hermanni de Lypa testibus et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis et rogatis. [...] / miles dominus Rudolfus de Duino felicis recordationis ac pie memorie in lectulo infirmi[tatis ...] / bona et sat(is) p(er)fec(t)a r(ati)one divina favente gr(ati)a frueret(ur), de omnibus hiis que co(n)t(ra) Deum et ius[...]/sat totis temporibus vite sue se cum bona et pura conscientia et corde cont(ri)to ac humiliato [...] / te ac rationabil(ite)r fecit et condidit testamentum et hoc esse voluit suam ultimam voluntatem [...] / per suos heredes ac successores firmiter observari, dans inter cetera domino Nassingwerre nepot[i ...] / suo st(er)ati(us)^a in mandat(um) quod advocaciam et omnia iura que prenomatus dominus Rudolfus de Duino ha[be]t [...] / pot(er)at in villa de Pedriz que in Thethonico Stayndorf nuncupatur deberent manumittere et [...] ecclesie Beli]/ginensi libere et absolute resignare et refutare ac rinunciare eisdem iuribus omnibus / ipsius et in remissionem omnium suorum peccatorum, unde predicti domini Nassingwerra et Huco de Duino desid[...] / et affectantes tanquam filii obedire predicti domini Rudolphi patris eorum et domini parere ac obedire monitis [et] / mandatis et ipsius prout ordinaverat exeq(ui) testamentum ded(er)unt et resignaverunt predictam advoc[aciam] / et iura predicta de communi voluntate in man(ibus) reverendi patris et domini domini Mathie venerabilis abbatis ecclesie [Beli]/ginensis recipienti pro se ac ecclesia sua predicta, ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum, d[ic]tam / advocaciam et iura predicta in quieta et pacifica possessione a die presenti in antea et in ipsis bonis perpetua gau[de]/re libertate deinceps et predictus dominus abbas propter huiusmodi libere donationis gr(ati)am et libertatem sibi [et] / ecclesie sue predicte per

^a lettura incerta

prefatos dominos data et concessa remisit prenominato domino Rudolfo om(ne)s obliq(ui)[ta]tes, [in]/iurias et ofensas quas sibi et ecclesie sue ac ecclesie Sancti Iohannis de Charsis fecerat usque ad presentem [diem]. / Promiserunt insuper antedicti domini de Duino per se ac eorum successores et heredes, fide manuali prestita [vi]/ce et nomine sacramenti et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et fixo(rum) tam presencium quam futurorum, / cum refectione dampnorum litis et interesse ac expensarum omnium ex inde competit(ur)orum ac competit(ur)arum [...] / vel extra, de dicta advocacia et iuribus predictis amodo se non intromittere et abbatem ac e[cclesiam] / Belineensem in dictis bonis non aggravare nec facere aggravari per se vel per quamcumque aliam in[terposi]/tam personam ymo poti(us) ipsa bona p(ro) virib(us) defendere ac tueri, promittentes nomine suo supra [omnia et] / singula in hoc instrumento contenta non facere vel venire aliqua ratione, dolo, ingenio sive [causa], / sub pena superius posita et expressa; qua pena soluta vel non, h(ec) presens manumission[is et] / libere donationis ac perpetue libertat(is) carta nichilominus suam semper obtineat^b firmit[atem].

S.T. Ego Thumadus, imperiali auctoritate notarius, predictis interfui et rogatus scripsi meoque signo cons[ue]/to roboravi.

^b *segue libe(r)t(atem) depennato e parzialmente eraso*

1315 aprile 27, Monfalcone.

Il vescovo di Pedena Enoch consacra la chiesa di S. Ambrogio di Monfalcone, filiale della pieve di S. Maria Marcelliana di Monfalcone e con questa soggetta al monastero di Beligna, essendo anche stata dotata dall'abate della metà di un manso presso la villa di Ronchi e vari altri beni. Al termine di tale consacrazione e dotazione, il vescovo Enoch introduce l'abate nel possesso della chiesa.

Originale membr., mm 210 x 120, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 38. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1315 27 IV". Sul verso, mano sec. XIV: "1315. [Ecclesia Sancti] Amb(rosii) de Mo(n)te Falcono spe(c)tat ad mon(asterium) de Beligna. N° XXIII"; altra mano sec. XIV: "Ecc(lesia)a Mon[tifalconis ...]; mano sec. XVII-XVIII: "Ronchis e Monfalcone, 1315 26 ap(ri)le"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) d'A[q]uileia"; mano sec. XX, a matita: "38c".

La pergamena presenta grinze, inchiostro sbiadito e alcuni strappi ai lati, con parziale perdita del testo specialmente sul lato sinistro in corrispondenza delle ll. 14-16, che in alcuni casi verrà integrato tra parentesi quadre. Inchiostro unico.

In nomine Domini. Anno eiusdem millesimo tricentesimo quinto decimo, indictione / tertia decima, die quarto exeunte aprili, presentibus domino presbitero Nycolao vicario ple/bis Marseliane, domino presbitero Bono filio Simon(is) in monasterio Roxacen(si) / commoranti, domino fratre Vitemaro monacho mon(asterii) Belegi(n)en(sis), ser Iacobo va[...]/peter de Rigio,^a Arighino et Petro condam ser Pagani de Montefalcon(e) et a[liis]. / Cum ecclesia Sancti Ambroxii de Montefalcon(e), tamquam filia plebis / Marsaliane pertinentis ad mon(asterium) Beligi(n)en(sem), ut^b per venerabillem / [pat]rem dominum fratrem Enoch episcopum Petenen(sem) consecraretur, qua(m) / [si qui]dem consecrationem perficere volebat, ni(si) venerabilis vir dominus / M(athias) prefati monasterii abbas dictam ecclesiam de Montefalcone / dotaret tamquam verus dominus et patronus pleb(is) et ecclesie / antedictae e(ss)et. Dominus M(athias) abbas pro se et suis successoribus / eandem ecclesiam de Montefalcon(e) cum medio unius mansi / [posi]ti apud villam de Ronch(is) rectum per Iohannem Guastaferum / [de e]adem villa et cum trigintaquatuor pedes ollivaru(m) / [sci]tos apud villam de Io[...].eglia[n]o dotavit; qua si quidem / dotatione facta et consecratione dicte ecclesie ut moris est / et completa dictus dominus episcopus coram predictis testibus et populo / de Montefalcon(e) prefatum dominum abbatem tamquam verum / dominum et patronum plebis et ecclesie memorate in tenutam / et possessionem eidem ecclesie posuit et induxit. / Actum in foro Montiffalconis, ante ecclesiam Sancti Ambroxii.

S.T. Ego Thomasinus condam domini Guill(elm)i de Fa(r)ra / civit(atis) Mediol(an)i, imperiali auctoritate notarius, pre/dictis interfui et rogatus scripsi.

^a lettura incerta

^b ut alla fine del testo con segno di richiamo

1315 settembre 24, Udine.

Enrico e Ermanno da Luincis, anche a nome dei fratelli Francesco e Asquino, ordinano alcuni legati per l'anniversario della morte del nobile Mattia loro genitore, lasciando mezza marca di denari alla chiesa presso la quale egli fu sepolto, a beneficio della chiesa e dei sacerdoti officianti, da pagarsi su un manso nella villa di Mieli in Carnia; inoltre lasciano varie somme di denaro in favore di numerose chiese udinesi, delle monache di S. Chiara e S. Pietro, dell'ospedale di S. Maria Maddalena, degli infermi di S. Lazzaro di Udine, oltre che alla pieve di Gorto in Carnia, con le sue capelle filiali, alla pieve di S. Pietro di Zuglio e all'ospedale di Gemona.

Originale dalle note di Federico Galvagni da Udine, membr., mm 390 x 160, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 39. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1315 25 IX". Sul verso, mano sec. XIV: "T(estamentum) ol(im) d(omi)ni Mathye de Ca(r)nea medie [marche]"; mano sec. XVIII: "N. 27. 1315 6 7bre"; mano sec. XX, a matita: "39c".

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta inchiostro sbiadito in alcuni punti. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo tricentesimo quintodecimo, indictione terciadecima, die septimo exeunte mense / setembris, presentibus nobili viro domino Hectore condam domini Costantini, Iohanne / Cuculuça de Utino, Geroldo de Carnea, Soldanerio de Soldaneriis de / Florencia qui moratur Utini, Detemario notario qui fuit de Montegnaco et / nunc moratur Utini, Francisco condam Pilinerii de castro Utini, Andrea dicto / Mocio filio domini Laurencii qui moratur Utini, Artuico stacionario de Utino / testibus et aliis pluribus. Post ordinacionem et disposicionem quam fecit olim / dominus Mathias de Carnea qui morabatur Utini, Henricus et Herma/nus fratres pro se et fratribus suis Francisco et Asquino filiis condam predicti domini / Mathie ordinaverunt in perpetuum in aniversario prefati domini Mathie / [..... mediam]^a marcham in ecclesia ubi est eius sepultura hoc modo, / videlicet quod custos et canonici p(ro) vigilia in mane ante missam faciendam / et misse conventuali qui interfuerint habeant viginti denarios. Item in / sero precedenti pro vigilia facienda ad sepulturam pro pane et vino sex/dicim denarios expendantur. Item quod unusquisque sacerdos faciens residenciam / in ecclesia predicta q(ua)n(do) missam celebrabit habeat unum denarium et custos duos. Item / quatuor denarios subdiaconis et diaconis et clericis dividantur qui interfue/rint in die aniversarii; residuum vero quod superfuerit de media marcha predicta / ad fabricam dicte ecclesie deputentur; et ad hoc faciendum et adimplendum prefati / filii condam domini Mathie obligaverunt et consignaverunt mansum unum situm in / Carnea, in canali de Quarto, in villa de Melli qui regitur per Indriussium / dicte ville, hoc modo quod si per prefatos filios domini Mathie condam supradicta / non adimplerentur, tunc custos et canonici qui pro tempore fuerunt in dicta ecclesia libe/ram potestatem habeant mansum predictum intromitendi, hoc modo quod si aliquis / de heredibus predictis vellet ordinacionem predictam adimplere, custos / et canonici qui pro tempore fuerint mansum predictum asigne(n)t alii h(abe)ri quicumque fue/rit volenti predicta adimplere. Item prefati heredes pro anima et remedio peccatorum / condam domini Mathie predicti donaverunt ecclesie Sancte Marie de castro Utini ad / fabricam viginti denarios; item ecclesie Sancti Francis ordinis fratrum Minorum / de Utino viginti denarios; item ecclesie predicatorum viginti denarios; item celle Sancte Clare de Utino viginti denarios; item ecclesie Sancti Quirini vigin/ti denarios; item ospitali Sancte Marie Magdalene viginti denarios; / item infirmis Sancti Laçari viginti denarios; item monachus Sancti Petri duo/dicim denarios; item singullis capellis de Utino quatuor denarios. / Item ecclesie Sancte Marie de Carnea in canali de Quarto quatuor/dicim denarios in perpetuum solvendos anuatim, videlicet hocto ad fabri/cam ipsius ecclesie, sex sacerdotibus pro missis celebrandis in aniversario ipsius / condam domini Mathie super [manso]^b sito in canali Pedarcii, in

^a inchiostro evanito

^b assente nel testo per evidente omissione del notaio, si propone questo ripristino del testo

villa de Pesariis, / qui regitur per Freydussium. Item dederunt singulis capellis dicte ple/bis de Quarto quatuor denarios ad fabricam; item quatuor denarios ad fa/bricam ecclesie Sancti Petri de Carnea; item ospitali de Glem(ona) quatuor denarios. / Actum Utini, in simiterio ecclesie Sancte Marie de Utino.

S.T. Et ego Nicolaus condam magistri Gregorii de Utino, imper/iali auctoritate notarius, ex comissione michi facta per reveren/dissimum in Christo patre et dominum dominum Bertrandum Dei gratia / sancte sedis Aquilegensis dignissimum patriarcham, prout in notis / [condam domini]^c Federici Galvagni de Utino adinveni ita fideliter scripsi / nil adendo vel minuen[do quod]^d subs[tan]ciam^e contractus varietur et ad peren/nem formam reduxi et scripsi

^c *si propone questa integrazione del testo evanito*

^d *piccola lacerazione che ostacola la lettura*

^e *piccola lacerazione che ostacola la lettura*

1316 aprile 14, Cividale.

Il nobile Artuico di Castello, agendo anche a nome dei minori Nicolò e Giovanni Francesco del fu Odolrico di Castello, autorizza Giacomino da Ro abitatore di Castello ad alienare in qualsiasi modo al Capitolo di Aquileia un manso sito nella villa di Morsano.

Originale membr., mm 380 x 165, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 40. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1316 14 IV". Sul verso, mano sec. XVI: "Facultas data ab Artuico de Castello Iacobino de Roma vendendi unum mansum in Morsano capitulo A[q]uileien(si). N° 32 m.m.m."; altra mano sec. XVI: "1316. Una cu(m) investitura ipsius mansi"; mano sec. XVII-XVIII: "N. XXXII. Morsano, 1316 14 aprile"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "40c".

La pergamena, in buone condizioni di conservazione, contiene due documenti (docc. 40 e 40 bis). Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC° sexto decimo, indictione quartadecima^a, die quartodecimo in/trante mense aprilis, presentibus domino presbitero Iacobo vicario ecclesie Sancte Marie de / Cort in Civitate, domino Vincentio clerico et seschalco capituli Civit(atis), Nicolao de Bu/drio familiare nobilis viri domini Artuici de Castello, Antonio dicto Matausel de / Castello et aliis. Nobilis vir dominus Artuicus de Castello, tamquam maior domus prefate / et tutor pupillorum et heredum condam domini Odolrici de Castello, silicet Nicolay et / Iohannis Francisii, pro se et tutorio nomine predictorum pupillorum, silicet Nicolay et Iohannis / Francisii, dedit et contulit plenam et liberam potestatem Iacobino de Ro habitatori / de Castello quod possit et valeat quandocumque voluerit vendere, obligare, alienare et / permutare mansum unum situm in villa de Morsano qui regitur per Michilutum et / per Andream socios libere et perpetuo venerabili viro domino Guilliemo decano et / capitulo Aquilegen(si) vel alteri recipienti vice et nomine predictorum, aut alteri persone / cui ipsi Iacobino melius videbitur expedire, promitens dictus dominus Artuicus / pro se et tutorio nomine quo supra omnem venditionem, cessionem et obligationem quoquo modo factam / quod [dictus]^b Iacobinus fecerit aut faciet pro se et suis heredibus habere perpetuo ratam / et firmam tenere et non contra facere, dicere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive / causa per se vel interpositam personam, sub pena et obligatione omnium suorum bonorum presentium / et futurorum et pena dupli valoris dicti mansi ut pro tempore plus valuerit, minus quinque / soldis Veronensium parvorum, in singulis capitulis stipulatione et promissa, qua pena soluta vel non, presens / tamen instrumentum et omnia que continentur in ipso obtineant plenum robur. / Actum in Civitate Austria, in orto domus in qua habitat prefatus dominus Artuicus.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus / interfui et rogatus scripsi.

^a indict(i)o(n)e q(ua)rtadeci(m)a *alla fine del testo con segno di richiamo, seguito da ex d(i)c(t)is quod amisi in indict(i)o(n)e*

^b *inchiostro evanito*

40 bis

1316 aprile 9, Cividale.

Giacomino da Ro abitatore di Castello, volendo vendere un manso sito nella villa di Morsano che egli aveva ricevuto in feudo dalla casata di Castello, ne aveva proposto l'acquisto a Artuico di Castello, ma questi aveva rifiutato l'offerta. Quindi Giacomino da Ro chiede a Artuico di investire detto manso a Ambrosino mansionario e procuratore del Capitolo di Aquileia

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o sexto decimo, indictione quartadecima, die / nono intrante aprili, presentibus magistro Girardo de Vicencia physicho et canonico de / Civitate, Vincencio clerico et sescalco capituli Civitatensis, Ectore stationario de Aquileg(ia) / et aliis. Cum Iacobinus de Ro habitator Castelli haberet in feudum mansum unum in Morsan(o) / rectum per Michilutum et per Andream socios de Morsano a domo de Castello et ipsum mansum / vellet vendere, idem Iacobinus prefatus dictum mansum nobili viro domino Artuico de Castello / tamquam maior domus predicte et tutori pupillorum et heredum condam domini^a Odolrici de Castello, silicet / Nicolay et Iohannis Francisii fratrum, obtulit si eum vellet emere p(ar)at(us) sibi dare pro minori / precio quam alteri persone. Qui dominus Artuicus respondit et dixit se ipsum mansum emere non / velle, nec in pecuniam habere, unde de ipso manso faceret sic(ut) sibi placuerit et dictus Iacobinus ipsum / dominum Artuicum rogavit ut dictum mansum Ambrosino masionario^b Aquilegensi et procuratori / capituli Aquilegensis investire deberet recipienti vice et nomine capituli Aquilegensis. / Qui dominus Artuicus duobus cirotecis acceptis ipsum Ambrosinum de dicto manso / libere investivit in manibus suis^c recipiendo vice et nomine quo supra. Actum in Civitate / Austria, in orto domus in qua habitat prefatus Artuicus de Castello.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus / interfui et rogatus scripsi.

^a d(omi)ni nell'interlinea superiore con segno di inserzione

^b da intendersi mansionario

^c suis nell'interlinea superiore con segno di inserzione

1316 aprile 18, Aquileia.

Giacomino da Ro abitatore di Castello vende per ventiquattro marche di denari aquileiesi a Ambrosino mansionario della chiesa aquileiese, agente come procuratore del Capitolo di Aquileia, un manso sito nella villa di Morsano.

Originale membr., mm 385 x 160, A.C.A.U, *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 41. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1316 18 IV". Sul verso, mano sec. XIV: "Emptio unius mansi in Morsano siti [...]"; altra mano sec. XIV: "Carta ma(n)si [...] Morxano empti a Iacobino de Ro"; mano sec. XV: "IIII^{or} inst(ru)menta unius mansi siti in Morsano empti a Iacobino de Ro CCCXVI"; mano sec. XVI: "Emptio unius mansi in Morsano q(uo)d erat capituli ab illis de Castello"; mano sec. XVII: "Emptio unius mansi in villa de Morsano"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1316 18 aprile"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; altra mano sec. XVIII: "N° L^{ta} m., 1316"; mano sec. XX, a matita: "41c".

La pergamena, in buone condizioni di conservazione, contiene due documenti (docc. 41 e 41 bis). Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o sextodecimo, indictione quartadecima, / die decimotavo intrante mense aprilis, presentibus domino presbitero Odolrico vicario plebis / de Tercento, Symuto gastaldione et notario de eodem loco, Pelegriano et Anceloto de Morsan(o), / Paulo de Gonars puero Iacobini de Ro et aliis pluribus. Iacobinus de Ro habitator / in Castello precio et foro vigintiquatuor marcharum denariorum Aquilegensis monete, quod totum fuit / confessus, contentus et manifestus se recepisse et habuisse ac sibi numeratum tempore huius contractus fuisse / ac se integre recepisse a domino Ambrosino mansionario^a ecclesie Aquilegensis, procuratore / venerabilis viri domini Guill(elm)i decani et totius capituli Aquilegensis dante pro dicto capitulo, / renunciatis exceptioni omni non habiti ac non recepti ac non numerati sibi precii tempore huius contractus / et omni legis et iuris auxilio tam canonici quam civilis omnique alii suo iuri, exceptioni actioni rei / et defensionem et omni laudo, laudamento sententie, iudicio, consuetudini et statuto factis et / faciendis sibi competentibus et competituris, cum quibus a contentis in hoc instrumento se possit defendere aliquatenus vel tueri vel de quibus in presenti instrumento plenam et expressam oporteat / fieri me(n)t(i)o(n)e(m), per se suosque heredes vendidit, dedit et tradidit eidem domino Ambrosino procuratori, ut patet publico instrumento facto manu domini presbiteri Odolrici de Gonars / sub eisdem anno et indictione, ementi et recipienti pro dicto capitulo et vice et nomine / ipsius, mansum unum situm in villa de Morsan(o) rectum per Michilutum et per Andream dicte / ville, et hoc iure feudi, ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, utendum et / vendendum et quicquid dicto capitulo aut cui ius suum dare voluerit placuerit perpetuo / faciendum, cum campis, pratis, silvis, pascuis, nemoribus, capulis, comuniis, terris / cultis et incultis, paludibus, domibus, sediminibus, ortis, curiis, baiarciis, cisis, / vitibus, arboribus, plantis, sepibus, rivalibus et fosatis, aquis aquarumve ductibus, / viis et inviis et omnibus et singulis que habet supra se, intra se, infra se in integrum, cum liberis / accessibus et egressibus suis usque in vias publicas omnique iure, actione, seg(n)oria, usu / seu requisitione, servitute, dominio, honore, comodo et utilitate^b sibi ex dicto manso vel / pro ipso modo aliquo pertinente de iure vel de facto, promittens per se suosque heredes dicto / Ambrosino recipienti nomine quo supra, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et stabilium / presentium et futurorum et omnium dampnorum et expensarum litis et extra et interesse refectione, se de predicto / manso vel aliquo iure ipsius nullo tempore^c unquam per se vel alterum movere litem vel questionem aut / controversiam ullam, sed ipsum mansum ab omni homine, universitate, ecclesia, collegio et persona / legitime defendere, manutenere, autorizare ac in solidum disbrigare numquamque contra / predicta vel aliquid predictorum per se vel interpositam

^a *da intendersi mansionario*

^b *utilitate corretto mediante espunzione di -li-*

^c *tempore nell'interlinea superiore con segno di inserzione*

personam dicere, facere vel venire ratione aliqua / dolo, ingenio sive causa, sed ea omnia rata et firma habere perpetuo et tenere, constituens / se ipsum pro eo precario nomine possidere donec ipsius mansi tenutam et corporalem possessionem / acceperit, quam accipiendi et retinendi auctoritate propria licentiam dedit et plenariam potestatem, / sub pena dupli valoris dicti mansi ut pro tempore plus valuerit, minus quinque soldis / Veronensium parvorum, in singulis capitulis stipullata et promissa, que pen(es) totiens peti^d / possit et exigi cum effectu quotiens committitur in c(aus)a, et ea soluta vel non, presens tamen / instrumentum et omnia que continentur in ipso perpetuo obtineant plenum robur; pro quibus / omnibus atendendis et firmiter observandis, precibus dicti Iacobini et pro ipso nobilis vir / dominus Girardus de Castello, cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, se / warentatorem, manutentorem et defensorem in iure constituit. In cuius rei et mansi / tenutam et corporalem possessionem deponendi ipsum Ambrosinum procuratorem nomine quo supra / datus fuit nuntius^e Tealdus notarius subscriptus. Actum Aquileg(ie), in platea civitatis predictae.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

^d *segue possit depennato*

^e *da intendersi nuntius*

41 bis

1316 maggio 11, Morsano.

Tealdo notaio e abitatore di Castello, su richiesta di Giacomino da Ro abitatore di Castello, pone Ambrosino mansionario della chiesa di Aquileia e procuratore del Capitolo nella tenuta e possesso di un manso sito nella villa di Morsano.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o sextodecimo, indictione quartadecima, die undecimo / intrante madio, presentibus Pelegri^ano puero domini^a Ulvini de Camis Civit(at)e comor(ante), Radio de / Morsano iurato domine Katerine de Castello, Iohanne de Morsano masario predicti domini Ulvini / et aliis. Ego Tealdus predictus notarius et habitator Castelli nuntius datus per Iacobum de Ro habitatorem / Castelli ad ponendum Ambrosinum mansionarium^b Aquilegensem et procuratorem capituli Aquillegensis in tenutam / et corporalem possessionem cuiusdam mansi dicti Iacobini siti in vila de Morsano qui regitur per / per Michilutum et Andream socios supradicti per ipsum Ambrisinum procutatorem dicti capituli / ab ipso Iacobino, eundem Ambrosinum in tenutam et corporalem possessionem dicti / mansi posui ac introduxi, dando sibi de tegumine in manibus ut moris est / in signum tenute et intromissionis masi^c preffati, p(re)cipiendo etiam dictis masariis / ut de cetero obedire debeant dicto capitulo vel speciali eius nuntio vel nuntiis. / Actum in vila Morsani, ante domum predicti Michiluti.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a segue U- depennato

^b da intendersi mansionario

^c da intendersi mansi

1316 maggio 4, Aquileia.

Il decano Guglielmo ed il capitolo della chiesa maggiore di Aquileia nominano loro procuratore il mansionario Ambrosino nell'acquistare da Giacomino da Arco abitatore di Castello un manso feudale nella villa di Morsano, presso Castions di Strada, e nel richiedere un garante al nobile Artuico di Castello, tutore degli eredi del fu Odolrico di Castello, oltre che la rinuncia del feudo.

Originale membr., mm 200 x 180, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 42. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1316 4 V". Sul verso, mano sec. XIV: "Procuratorium capituli qualit(er) Ambrosinus mansionarius emit pro capitulo mansum a Iacobino de Ro sito in Morsano. N° XXI m.m. 1316"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1316 4 mag(gi)o"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; mano sec. XX: "42c".

Pergamena, in buone condizioni di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo sexto decimo, indictione quarta decima, die quarto intrante / maio, in capitulo maioris ecclesie Aquilegensis, presentibus dominis presbitero Iacobo Ceriberi mansion(ario) et Vincen/tio custode maioris ecclesie Civitatis, Tealdo notario habitatore Castelli et aliis testibus. Venerabiles / viri domini Guill(el)mus decanus et capitulum prefate maioris ecclesie Aquilegensis, super infrascriptis et aliis ad / capitulum more solito congregati, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt discretum virum dominum Ambrosi/num eorum mansionarium ibidem presentem et hoc mandatum sponte suscipientem suum certum nuntium et / procuratorem legitimum ad emendum et recipiendum ipsorum nomine a Iacomino de Arcu qui moratur / Castelli quemdam suum mansum feudalem situm in villa de Morsano prope Castellion(o) de Strata qui / regitur per Andream et Michiluttum homines eiusdem ville, nec non ad dicti mansi possessionem na(n)ciscend(am) seu re/cipiendam ac etiam ad petendum et recipiendum a nobili viro domino Artuycho de Castello tutorio nomine pupil/orum condam domini Odolrici de Castello sibi procuratorio nomine pro ipsis dominis decano et capitulo et a quibuscumque ali/is personis quorum interest vel interesse possit ad dictum mansum seu ad dictam venditionem manutentorem / et deffensorem et dicti feudi reunciationem cum clausulis circa predicta debitis et consuetis, nec non ad omnes / alias securitates, renunciaciones et obligationes in predictis debitas, consuetas et oportunas, ipsorum nomine / petendum et recipiendum a quibuscumque personis et generaliter ad omnia et singula alia faciendum et / procurandum in predictis et circa predicta que necessaria et utilia videbuntur et que quilibet verus et legitimus procurator facere / pot(est) et que ipsi facere possent si personaliter interessent, procurantes sub ipotecha omnium suorum bonorum se / firmum, ratum et gratum habituros quicquid per ipsum procuratorem in predictis et circa predicta factum seu procuratum fuerit.

S.T. Ego Odolricus de Gonaro, imperiali auctoritate notarius, predictis interfui et rogatus / scripsi.

1317 giugno 6, Castel Porpeto.

Il nobile Arnoldo del fu Leonardacio di Brazzacco Superiore rimette nelle mani del nobile Nicolò del fu Odorlico di Castello un manso nella villa di Ronchietis che la sua famiglia teneva in feudo dalla casata di Castello.

Originale membr., mm 295 x 170, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 43. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1317 6 VI". Sul verso, mano sec. XIV: "Inst(an)t(i)a refutationis mansi de [Ron]chetis"; altra mano sec. XIV: "[...] de quodam manso in Ronchet(is) dicto capitulo per dominum Nicolaum de Castello [et vero] q(uod) in hoc instrumento dictus d(ominus) [...] multa bona] in feudum a capitulo [a]quil[egensi]; mano sec. XVI: "Fatent(ur) nobiles de Castello se habere multa bona in feudum a capitulo Aquilegen(si). Vide q(uia) in 2° instrumento: et in primo illi de Brazaco habent [...] Detalmus, sunt] vassalli no[bilium] de Castello"; mano sec. XVII-XVIII: "Resignatio dominorum de Brazaco unius mansi in Ronchietis quod habebant in feudum a dominis de Castello, nec non eodem capitulo Aq(uilegen)si a quo dictum mansum ipsi de Castello habuerant in feudum. R."; altra mano sec. XVII-XVIII: "Ronchietis, 1317 6 giugno"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia".

La pergamena, in buone condizioni di conservazione, contiene due documenti (docc, 43 e 43 bis). Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC° decimoseptimo, indictione quintadecima, die / sexto intrante mense iunii, presentibus Petro Besana de Monça nunc Aquileg(ie) comor(ante), Sasso / de Castro Rig(an)çolo nunc habitatore de Castello, Iacomello filio condam domini Quirini Badalotti / de Veneciis, Stephano dicto Ribaldel de T(ri)esto et aliis. Cum domini de Braçacho Superiori / multa habeant bona in feudum a dominis et domo tota de Castello, inter que bona habent mansum / unum in feudum situm in villa de Ronchetis, rectum per Vignutum et fratres, quem mansum sive / feudum et omne ius feudi dominus Arnoldus filius condam domini Leonardacii de Braçacho Superiori pro se / et domo sua tota in manibus nobilis viri domini Nicolay filii condam^a domini Odorlici de Castello libere et pure / refutavit et resignavit cum omni plenitudine iuris dicti feudi cum duobus cirotecis ipsum dominum N(icolaum) / prefatum de dicto feudo libere investiendo. Quam resignationem, refutationem et investitionem dictus dominus / Arnoldus pro se et domo tota predicta, cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et sub pena dupli dicti / mansi sive feudi, minus quinque soldis Veronensium parvorum, in singulis capitulis stipullata et promissa / promisit habere ratam et firmam ac gratam, perpetuo tenere et non contra facere, dicere vel venire ratione / aliqua, dolo, ingenio sive causa, per se vel interpositam personam, sub pena predicta, qua pena totiens peti / possit et exigi cum effectu quotiens comitetur in eam, et ea soluta vel non^b, predicta omnia in sua ma/neant firmitate. Actum Castell(i), sub domo comunis.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui / et rogatus scripsi.

^a conda(m) nell'interlinea superiore con segno di inserzione

^b no(n) nell'interlinea superiore con segno di inserzione

43 bis

1317 giugno 6, Castel Porpeto.

Il nobile Nicolò del fu Odorlico di Castello rimette nelle mani di Ambrosino mansionario aquileiese un manso nella villa di Ronchietis che la casata di Castello teneva in feudo dal Capitolo di Aquileia.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o decimoseptimo, indictione quintadecima, die sexto / intrante mense iunii, presentibus domino Ottobono de Felicianis de Placencia, Woluino de Braçacho / Superiori, Iacobino de Ro habitatore de Castello, Petro Besana de Monca nunc comor(ante) in Aquileg(ia) / et aliis. Cum domini sive domus de Castello habeant multa bona in feudum a capitulo Aquilegensi, / inter que bona habent mansum unum in feudum a dicto capitulo situm in villa de Ronchetis, rectum per / Vignutum et fratres, quod feudum sive mansum predictum nobilis vir dominus Nicolaus filius condam domini / Odolrici de Castello pro se et fratre suo domino Iohanne Francisco ac eorum heredibus et successoribus univ/er/sis pure et libere refutavit et resignavit cum omni plenitudine iuris dicti feudi in manibus / discreti viri domini Ambrosini mansionarii^a ecclesie Aquilegensis tamquam procuratoris dicti capituli, / prout publico instrumento facto manu Odolrici notarii de Gonaro sub eisdem anno et indictione predictis, / die tertio intrante iun(io) plenum continetur, recipientis vice et nomine dicti capituli, eundem / Ambrosinum de dicto feudo libere investiendo, recipiendo nomine quo supra. Quam refutationem, / resignationem et investitionem dictus dominus Nicolaum per se suosque heredes, cum obligatione omnium suorum / bonorum presentium et futurorum et sub pena dupli valoris dicti mansi sive feudi, minus quinque soldis / Veronensium parvorum, in singulis capitulis stipullata et promissa promisit habere ratam et firmam / ac gratam, perpetuo tenere et non contra facere, dicere vel venire per se vel interpositam [personam]^b ratione aliqua, / dolo, ingenio sive causa, qua pena totiens peti possit et exigi cum effectu quotiens comi/tetur in ea, et ipsa soluta vel non^c, predicta omnia in sua permaneant firmitate. / Actum Castell(i), sub domo comunis.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus / interfui et rogatus scripsi.

^a da intendersi mansionarii

^b assente nel testo per evidente omissione del notaio, si propone questa integrazione del testo

^c no(n) nell'nterlinea superiore con segno di inserzione

1317 giugno 6, Castel Porpetto.

Nicolò del fu Francesco da Fauglis, con il consenso del nobile Nicolò di Castello suo signore, vende per ventitre marche e mezza di denari aquileiesi a Ambrosino mansionario della chiesa di Aquileia, procuratore del decano Guglielmo e del Capitolo di Aquileia, un manso nella villa di Ronchiettis retto da Venuto e fratelli.

Originale membr., mm 265 x 155, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 44. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1317 6 VI". Sul verso, mano sec. XIV: "Instrumentum venditionis mansi de Ronchetis facte per Nicolaum de Famigl(is) III^o XVII"; mano sec. XVI: "In Ronchett(is) emptio"; mano sec. XVII-XVIII: "1317, N° XI, R." altra mano sec. XVII-XVIII: "Ronchietis, 1317 6 giugno"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; mano sec. XX: "44c".

Pergamena, in buone condizioni di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o decimo septimo, indictione quintadecima, / die sexto intrante mense iunii, presentibus domino Ottobono de Felicianis de Placentia, / Woluino de Braçacho Superiori, Iacobino de Ro habitatore de Castello, Petro Besana de / Monça n(un)c Aquileg(ie) como(rant)i, Sasso de Castro Rigi(n)çolo habitatore Castelli, Homadei de Bo/nonia, Antonio capit(aneo) et Clapiço de Castello et aliis pluribus. Nicolaus filius condam domini / Francisci de Favull(is) precio et foro viginti trium marcharum et medie denariorum Aquilegensis monete, / quod totum fuit confessus, contentus et manifestus habuisse et recepisse ac sibi numeratum tempore huius contractus / fuisse et integre recepisse ab Ambrosino mansionario^a ecclesie Aquilegensis procuratore venerabilis / viri domini Guill(elm)i decani et totius capituli Aquilegensis dante pro dicto capitulo, renuncians omni / exceptioni non habiti, non recepti, non numerati sibi dicti precii tempore huius contractus et omni legum / et iuris auxilio tam canonici quam civilis omnique alii suo iuri, exceptioni, actioni, defensionem et / rei et laudo, laudamento sententie, iudicio, consuetudini et statuto factis et faciendis / sibi competentibus et competituris cum quibus a contentis in hoc instrumento se possit defendere ali/quatenus vel tueri vel de quibus in presenti instrumento plenam et expressam oporteat fieri / me(n)t(i)o(n)em, per se suosque heredes cum voluntate nobilis viri domini Nicolay sui domini dedit, / vendidit, tradidit et investivit eidem Ambrosino recipienti et ementi vice et nomine / dicti capituli Aquilegensis mansum unum situm in villa de Ronchetis rectum per Vignutum / et fratres iure proprii, ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, vendendum, donandum, / obligandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid dicto capitulo de/inceps placuerit perpetuo faciendum, cum campis, pratis, silvis, pascuis, nemoribus, / capulis, comuniis, terris cultis et incultis, domibus, ortis, sediminibus, curiis, viis / et inviis, vineis, baiarciis, cisis, vitibus, arboribus, plantis, sepibus, rivalibus / et fosatis, aquis aquarumve ductibus et omnibus et singulis que habet supra se, inter se, infra / se in integrum a celo usque ad habissum, cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias / publicas omnique iure, actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, comodo et utili/tate sibi ex dicto manso vel pro eo modo aliquo pertinente de iure vel de facto, promittens / per se suosque heredes cum voluntate dicti domini sui eidem Ambrosino recipienti nomine quo / supra^b et cui ius suum dare voluerit stipullanti, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium / et immobilium presentium et futurorum et omnium dampnorum et expensarum litis et extra et interesse refectione, / se de predicto manso vel aliquo iure ipsius ullo unquam tempore per se vel alterum [non]^c movere litem vel questionem / aut controversiam ullam, sed ipsum mansum ab omni homine, universitate, ecclesia, collegio et persona / legitime defendere, manutenere, auctoriçare ac in solidum suis propriis expensis disbri/gare nunquamque contra predicta vel aliquid predictorum

^a *da intendersi mansionario*

^b *segue aut espunto*

^c *assente nel testo per omissione del notaio, si propone tale integrazione del testo*

per se vel interpositam personam dicere, facere vel venire / ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sed ea omnia rata et firma habere perpetuo ac tenere, / sub pena dupli valoris dicti mansi ut pro tempore plus valuerit vel meliorat(us) fuerit, minus quinque / soldis Veronensium parvorum, in singulis capitulis stipullata et promissa, que totiens peti possit / et exigi cum effectu quotiens comitetur in causa, et ipsa soluta vel non, presens tamen instrumentum et / omnia que continentur ipso vel minus perpetuo obtineant plenum robur. Pro quibus omnibus / attendendis et firmiter observandis precibus dicti venditoris et pro ipso Woluin(us) et Iacobin(us) / testes predicti, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et stabilium presentium et futurorum / et omnium dampnorum et expensarum litis et extra ac interesse refectione, se de predicto manso / warentatores et defensores in iure constituerunt. In cuius mansi tenutam et / corporalem possessionem deponendi ipsum Ambrosinum nomine quo supra datus fuit nun/tius Tealdus notarius subscriptus. Actum Castell(i), sub domo comunis.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus in/terfui et rogatus scripsi.

1321 giugno 4, Aquileia.

Pellegrino del fu Odolrico da Morsano vende per trentatre marche di denari aquileiesi a Guglielmo decano del Capitolo di Aquileia, agente anche a nome del Capitolo, un manso sito nella villa di Morsano che la casata di Castello teneva in feudo da detto Capitolo. Infine, il nobile Nicolò di Castello, procuratore della medesima casata, rimette il feudo di quel manso allo stesso decano.

Originale membr., mm 340 x 195, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 45. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1321 5 VI". Sul verso, mano sec. XIV: "Instrumentum venditionis facte capitulo Aquileg(ie) de manso Morsani per Pelegrinum Cavalerium de dicta villa"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1321 4 giugno. Alienazione"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; mano sec. XX: "45c".

Pergamena, in buone condizioni di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo primo, indictione quarta, die quarto intrante iunio. Aquilegie, in contrata maioris ecclesie, in via publica ante domos turrium habitationis infrascripti domini / decani, presentibus dominis Ferrarino de Feraria et Gabriele de Utino qui moratur Castelli notariis, Bonoaldo / de Iustinopoli, Petro de Larica calcifice ac Francisco pellipario civibus Aquilegensibus, Nycholao condam domini / Francisci de Castello qui dicitur de Favullis ac Ribaldello de Mugla et Iacomino de Raude habitatoribus / Castelli et aliis pluribus testibus. Ibidem Pelegrinus condam domini Odolrici de Morsano sub strata Sancti / Pelegrini per se suosque heredes precio et foro triginta trium marcharum bonorum denariorum Frix(acensium) Aquilegensium de quo tempore / huius contractus contentus, confessus et manifestus fuit in se habuisse et plenarie recepisse a venerabili viro / domino Guillelmo decano Aquilegensi dante et solvente pro se et vice et nomine totius capituli ecclesie Aquilegensis, renuncians / exceptioni non habite et non recepte pecunie quantitatis ac sibi integre non numerate et tradite pecunie supradicte / et omni alii exceptioni et auxilio iuris vel facti, taciti vel expressi, cum quo contra predicta vel infrascripta modo aliquo dicere / seu facere poss(et) vel venire de iure vel de facto, dedit, vendidit et tradidit eidem domino Guillelmo decano / Aquilegensi, recipienti et ementi pro se et vice et nomine ipsius capituli Aquilegensis suorumque successorum et cui vel quibus ius / suum dare volueri(n)t iure proprii, quemdam suum mansum situm in dicta villa de Morsano qui regitur per / Aldinum et Nycholaum filium condam Meni Carnelli et Çuanellum de dicta villa, quem mansum domus de Castel/lo a prefato capitulo Aquilegensi habebat in feudum, cum domibus, ortis, baiarciis, campis cultis et incultis, silvis, / pratis, pascuis, viis, sediminibus, arboribus, aquis, aquarumve decursibus, comu(n)gniis seu comunitatibus / et cum omnibus que habet super se, infra seu intra se ac cum omnibus et singulis ad dictum mansum pertinentibus a celo / usque ad abissum ac cum omnibus introitibus et exitibus suis et cum omni iure et actione, usu seu requisitione, / dominio et honore ad ipsum mansum modo aliquo seu quolibet pertinente, ad habendum, tenendum, gaudendum et possi/dendum et quicquid eis et eorum successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione alicuius persone / vel requisitione; promittens dictus venditor per se et heredes suos et cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immo/bilium presencium et futurorum eidem emptori quo supra nomine recipienti et stipulanti de dicto manso vel parte / ipsius litem vel controversiam ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsum mansum ab omni homine / et universitate legitime deffendere, auctorizare et disbrigare suis propriis sumptibus et expensis, nec contra / predicta vel aliquo predictorum ullo tempore per se vel per alium seu alios dicere, facere vel venire aliqua ratione / vel ingenio sive causa de iure vel de facto, sub pena dupli extimationis dicti mansi habita ratione meli/orationis que pro tempore plus valuerit vel fuerit meliorat(e), minus quinque solidis Veronensium parvulorum, qua pena / soluta vel non, nichilominus omnia et singula suprascripta et infrascripta firma et rata perdurent, item refficere / et restituere eis omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra, si quas vel si quod pro

predictis / incurrerent. Quem quidem mansum in parte et toto dictus venditor se dicti emptoris et capituli predicti nomine consti/tuit possidere donec de ipso plenariam receperint possessionem, quam accipiendi et retinendi deinceps / eis licentiam omnimodam dedit; pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis dictus / venditor eidem emptori quo supra nomine recipienti et stipulanti omnia sua bona mobilia et immobilia presen/tia et futura obligavit; et nichilominus dominus Iacominus de Raude testis suprascriptus ad preces ipsius venditoris / et pro ipso eidem emptori quo supra nomine recipienti in solidum extitit fideiussor et in iure legitimus deffensor, / manutentor et disbrigator, renunciens super hoc novarum constitutionum et epistole divi Adriani beneficio, / exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni et omni legum et iuris auxilio canonici et civilis, taciti vel / expressi, cum quo vel quibus se poss(et) a dicta fideiussione et obligatione modo aliquo deffendere vel tueri, promittens / per se et suos heredes eidem emptori quo supra nomine recipienti et stipulanti, sub obligatione omnium suorum bonorum / presencium et futurorum, predicta omnia et singula attendere et complere, si dictus venditor vel eius heredes ea negligenter / adimplere; et quia dictus mansus et poss(essi)o feudum predicti capituli Aquilegensis fuerat, dominus Nycholaus de Castello / testis predictus procurator et nuncius specialis ad infrascripta per dominos Girardum filium condam domini Federici et / dominum Nycholaum ac dominum Iohannem Franciscum fratrem eius, filios condam domini Odolrici de Castello, specialiter de/putatus ac de ipsi(us) procuracione patebat publico instrumento ex in(de) confecto per Gabrielem notarium de Utino / testem suprascriptum, viso et lecto per me notarium infrascriptum, in manibus dicti domini Guillelmi decani pro se et / vice et nomine ipsius capituli Aquilegensis suorumque successorum recipienti, cum gayda tunice sue libere renunciavit / et refutavit. Quibus omnibus sic paratis prefatus venditor eidem emptori pro nuncio tenute dedit dominum / Ambrosinum mansionarium Aquilegensem.

S.T. Ego Odolricus de Gonaro, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui / et rogatus scripsi.

1321 agosto 25, Gorizia.

Poiché Matiussio abate del monastero di Beligna aveva obbligato verso il defunto Cocolo fabbro da Cividale quattro mansi siti in Viscon di Torre per la somma di quaranta marche di denari aquileiesi, ora Sofia vedova di Cocolo e Wolnerio del fu Walcone da Gorizia esecutore testamentario del defunto, avendo ricevuto ventinove marche di denari aquileiesi, restituiscono all'abate e al monastero la piena proprietà dei mansi in precedenza impegnati, rinunciando pure ad esigere il residuo di undici marche di denari.

Originale membr., mm 640 x 160, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 46. Sul verso, mano sec. XIV: frammento di testo illeggibile; mano sec. XV: "Instrumentum [...] dominus abbas [...]. B. N. XXIX."; altra mano sec XV: "1321"; mano sec. XVII-XVIII: "Viscon di Torre, 1321 24 agosto"; mano sec. XVIII: "Capit(olo) di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "46c".

Pergamena in buone condizioni di conservazione, presenta uno strappo parziale presso l'angolo superiore destro. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo trecentesimo XXI^o, indictione III^a, die VII^a exeunt(e) agosto^a. In mercato Goriç(e), / in domo Olle sacellarii, presentibus dominis H(e)nr[ico] de Pleunia milite, Lippo Tusco, Astulfo / notario Goriç(e) comorantibus, presbitero Rimedo^b rectore ecclesie Sancte Marie in Canalibus, / Emera(r)do condam domini Mathei de Gramoliano, Francisco de Ungrispacho, Arti/cono et Balda fratribus de Barbana testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis / et aliis. Cum venerabilis frater Mathyussius abbas monasterii Bellinen(sis) pro se, capitulo / et conventu mon(asterii) predicti alias obligasset seu pignorasset vel vendidisset condam / Cocolo ferraterio de Civitate Austria qui morabatur Goriç(e) quatuor mansos dicti mon(asterii) / sitos in Viscono, unum rectum per Cancianum, alium per Pelegrinum n(un)c decanum, / alterum per Chufaniç et alterum per Manissium de dicta villa, pro quadraginta / marchis denariorum novorum Aquilegensis monete, de qua venditione seu pignoratione vel obligatione / constat publico instrumento per Franciscum notarium de Rosaciis scripto, secundum quod infrascripte partes / ibidem asserebant predicta sit veritatem, nunc vera domina Sophya uxor condam / dicti Cocoli et heres et nobilis vir dominus Wolnerius filius condam domini Walconi / de Goriç(a) comissarius et executor testamenti dicti condam Cocoli, ut ibidem asserebant, / hereditario et comissario nomine antedicto precio vigintinovem marcharum denariorum novorum / Aquilegensium quos a prefato domino abbate dant(e) et solvent(e) pro se, mon(asterio), capit(ulo) et conventu antedictis / receperint et in se habere confessi et manifesti fuerint et de quolibet ab eo sibi bene solutum esse / vocaverunt et except(ioni) non numerat(e) pec(uni)e et sibi non tradit(e) tempore huius contractus et spei fu/ture numerationis et except(ioni) doli, fraudis vel in factum actioni iuris ac legum auxilio quo / possent contra omnia et singula in presenti contractu contenta ab quatenus dicere, facere vel veni/re omnino renunciantes singulari et utriusque eorum in solidum fecerunt dictam vendicionem, tra/dicionem et restitutionem ac ressignacionem prefato domino abb(ati) stipulanti ac recipienti nomine / antedicto de dictis quatuor mansis cum omnibus iuribus eo(rum)d(em) ad habendum, tenendum, possiden/dum, dandum, donandum, vendendum et omnem suam voluntatem et utilitatem de ipsis cum omnibus eorum / iuribus perpetuo faciend(um), absque dictorum domine Sophye et domini Wolnerii verbo et suorum heredum / vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione et ita iussit ipsum intra/re tenutam et poss(essionem) de dictis mansis sua auctoritate, constituentes se pro eo precario nomine pos/sidere donec poss(essionem) acceperit corporalem, quam accipiendi et retinendi licentiam omnimo/dam eid(em) de iure contulit et de facto et dederunt eidem domino abb(ati) Articonum testem prescriptum / in nuncium qui ipsum ponat in tenutam et

^a da intendersi agosto

^b lettura incerta

poss(essionem) de dictis mansis. Insuper instrumentum prescriptum / scriptum manu predicti Francisci de oblig(atione), vendit(ione) vel pign(oratione) dictorum mansorum cuiuscumque conditi/onis existat cassum et inutile ex n(un)c et nullius valoris esse pronunciaverunt, / absolventes et liberantes in perpetuum predictum dominum abb(atem) et mon(asterium), capit(ulum) et conventum / prescriptos et quoscumque alios fideiussores si qui forent et eorum heredes et bona ab omni promi/ssione, obligat(ione) ac se[cu]ritate factis eidem Cocolo occasione dictorum quadraginta marcharum et / dictorum mansorum contentis in dicto instrumento scripto per Franciscum, renunciante ecciam per pa/ctum speciale eid(em) domino abb(ati) illis undecim marchis que deficiunt ab istis vigintino/vem marchis nunc receptis usque ad quadraginta march(as) pro quibus mansi huiusmodi dicto / condam Cocolo fuerunt obligati, p(ro)miss(erun)t namque dicti domina Sophya et dominus Wolnerius / nomine antedicto per se suosque heredes iam dicto domino abb(ati) nomine quo supra pro se suisque suc/cess(oribus) recipienti de dicto debito seu de dicta obligatione vel de dictis mansis vel aliquo eorum / iure litem, questionem seu controversia eis vel eorum fideiuss(oribus) de cetero non movere nec ipsis de / predictis mollestare de iure vel de facto, verbo vel ap(ert)e per se vel per interpositam personam, sed / ipsos mansos cum omni eorum iure quantum pro sui vel condam Cocoli antedicti alienatione et aliter / non teneantur ab omni homine et p(ar)t(e) semper in ratione varentare, manutenere, deffendere / ac in solidum disbrigare et omnia et singula in presenti contractu contenta firma, rata et / inviolabilia perpetuo observare, habere atque tenere, nec contra predicta vel aliquo predictorum dicere, facere / vel venire ratione aliqua vel ocasione, dolo, ingenio sive causa, cum refectione dampnorum, / expensarum et interesse litis et extra solo verbo et suorum cum bonorum obligatione, cum pena et sub pena / dupli eius de quo ageretur stip(ula)t(ione) promissa in omnibus et singulis capit(ulis) huius contractus intelle/cta et solvenda totiens quotiens comittetur in causa, et ea soluta vel non, presens contractus et omnia / et singula in eo contenta nichilominus in sua permaneant firmitate. Insuper prefata / domina Sophya laudav(it) et promi(sit) eid(em) domino abb(ati) per manum et fidem nomine sacramenti / predicti omnia et singula attendere et observare et non contra facere vel venire, renuncians pro / predictis senatu Veleiano consulto, iu(r)i ypotecharum et omni muliebri auxilio et femineo / privilegio et omnibus aliis iuribus sibi ad hoc competentibus vel competituris.

S.T. Ego Çambonus de Civitate Bellunii Goriç(e) habitator, / imperiali auctoritate notarius, interfui et rogatus scripsi.

1322 gennaio 24, Viscon al Torre.

Sbruglio abitatore di Cormons, in qualità di arbitro e compositore tra le parti nella lite vertente tra Mattia abate del monastero della Beligna e Renoardo del fu Benone del Castello di Udine in merito a certi beni siti nel villaggio di Viscone, emette la propria sentenza e definisce i diritti delle parti e della comunità di villaggio.

Originale membr., mm 370 x 180, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 47. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1322 24 I". Sul verso, mano sec. XIV: frammento di testo illeggibile; mano sec. XV: "Instrumentum sentencie [...] Renoardi de Utino [...]"; mano sec. XVII: "Sententia arbitraria inter abbatem Bellin(ee) et dominum Renoardum de Castro Utini super aliquib(us) bonis in Viscono sitis. B. N. XXXV"; mano sec. XVII-XVIII: "Viscone, 1320 8 mag(gi)o"; mano sec. XX, a matita: "47c".

Pergamena in discrete condizioni di conservazione, presenta lievi strappi e roscature di topi lungo i margini che non compromettono la lettura. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, / indictione quinta, die octavo exeunte ianuario, presentibus nobilibus viris dominis Rau milite / de Goric(ia), Henrico, Bernardo, Wosalcho et Francisco de Strasolt, Nicolao olim / domini Oldorici de Castello, Henrico et Iacobo de Mançan(o) et Buyatto habitatore / in Cormons testibus et aliis pluribus. Sbrulglyus habitator in Cormons arbiter, arbitrator et amicabile compositor, ut sponte confitebantur infrascripte partes, q(uesti)onu(m) vertencium inter / venerabilem virum fratrem Mathyam abbatem monasterii Bellinen(sis) pro se et dicto monasterio / ex parte una et Renouardum olim domini Benoni de castro Utini ex altera occasione / bonorum utriusque partis sitorum in villa de Viscono, p(re)s(entibus) partibus supradictis, visis et auditis / hinc inde petitionibus, deffensionibus ac omnibus et singulis iuribus parcium predictarum, habito / super eis consilio predictorum nobilium et aliorum quam plurium ibidem presencium, Christi nomine invo/cato, primo sententiavit et arbitratus fuit quod dictus Renouardus nichil possit pe/tere de dampnis seu iniuria quam dicebat sibi sibi fuisse ca(usa)ta de morte unius porci / * * sui mansarii. Item sententiavit et arbitratus fuit quod dictus Renouardus etiam nichil pos/sit petere de una marcha, IIII^{or} star(iis) anon(e) et duobus capponibus que dicebat pre/fatum dominum abbatem abstulisse Mathiussio decano suo. Item sententiando et arbitrando / absolvit prefatum dominum abbatem a petitione unius vacce quam dictus Renouardus di/cebat fuisse acceptam mansario suo per Iohannem de Villanova occasione dicti / abbatis. Item sententiavit et arbitratus fuit quod prefatus dominus abbas super bonis suis in predicta / villa de Viscono possit facere decanum suum qui solu(m)mo(do) bonis suis p(re)sit; dictus vero / Renouardus etiam decanum suum facere possit qui p(re)sit solu(m)mo(do) bonis suis; et quod / decanus unius nichil habeat facere vel ordinare super bonis alterius. Homines vero seu comuni/tas dicte ville possint facere potestatem seu decanum qui facta predicti comunis prout in / villis fieri consuevit habeat facere et ordinare; et huiusmodi potestas seu decanus / sic per ipsum comune electum per dictum abbatem debeat confirmari. Item ordinavit et / arbitratus fuit quod dictus Renouardus habeat decimam omnium agnorum et edorum / qui nascuntur super bonis suis et etiam habeat mulsus lactis omnium pecudum et / caprarum que forent super bonis suis; et econtra dictus abbas et eius monasterium hoc idem / habeat super bonis suis. Item sententiavit et arbitratus fuit quod dictus Renouardus / habeat decimam camporum de Dobrauna spectantium ad mansos suos; super hoc autem / quod dictus dominus abbas super bonis dicti Renouardi v(el) hucusq(ue) accepisset predictas / decimas et mulsus lactis vel m(od)o suo ad diffinendum reservavit arbitrio de / qua quidem sententia seu arbitrio dicte partes ibidem presentes fuerunt tacite et contente. / Actum in platea predicte ville de Vischono, iuxta canipam Mathiussii de predicta / villa.

S.T. Et ego Parisinus de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

48

1323 febbraio 4, Udine.

Dinanzi a Andriotto gastaldo di Udine compaiono mastro Antonio, Artico e Adubado camerari e procuratori della fraterna di S. Giovanni di Udine, dicendo di aver fatto sbarrare una certa braida dei fratelli Pertoldissio e Renoardo del Castello di Udine a causa del mancato pagamento di un livello: essi ottenengono sentenza favorevole degli astanti, perciò il gastaldo ordina a Dunello nunzio del comune di porli nel possesso materiale della braida.

Originale dalle note di Francesco Selani da Udine, membr., mm 365 x 125, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 48. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1323 5 II". Sul verso, mano sec. XIV: "Fradel[ge] sancti [Ioh(ann)is de] Utin(o) [...]"; altra mano sec. XIV: "Instrumentum [qualiter brayde ...]"; mano sec XV: "[...] Utin(o) [...]. 1323 [4] februarii"; mano sec. XVIII: "1323, 5 februarii"; mano sec. XX: "48c".

Due pergamene cucite insieme, in buone condizioni di conservazione, contenenti i docc. 48 e 48 bis. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo CCC° xxiii°, indictione sexta, die quarto intra(nte) / februario, presentibus domino Andriotto castaldione Utini, Sinrido dicto / Migotta de Utino, Iohanne notario de Utino, Çiniluscio de / Utino testibus et aliis. Coram discreto viro domino Andrioto / castaldione Utini comparuerunt magister Antonius, Articus et / Adubadus de Utino, dicentes quod ipsi tamquam camerarii et / procuratores fratralge sancti Iohannis de Utino cum laudo et / sententia et cum nuncio domini, videlicet castaldionis Utini, fece/runt imponi super braydam Pirtuldisii et Renoardi fra/trum de castro Utini sitam in teretorio Utini prope Por/tam Aquilege, cuius hii sunt confines: a duabus partibus sunt vie / publice, a tercia parte poss(ident) Sigora et Iohannes Cogoni de / villa inferiori Utini et a quarta poss(ident) dicti Pertoldiscius et / Renoardus fratres, vel si qui alii sunt confines, primam, secundam / et terciam spangas et qualibet ultra annum et diem pro livello / dicte brayde non soluto predictae fratralge, quar(e) roga/bant predictum dominum castaldionem per sententiam diffini(ri) si pro/babunt ut dicebant quid inde iur(is) esset sententiatum extitit / per omnes astantes, nemine discrepante, quod si dicti magister / Antonius, Articus et Adubadus probant sic(ut) alegaverant / ibidem fecisse imponi predictas spangas pro ut per Dunellum / preconem com(m)unis Utini legitime probaverunt pro ut sententiatum / extitit ibidem ipsos bene probasse et quod prefatus dominus / castaldio debebat prefatis magistro Antonio, Articho et / Adubado dare nuncium suum ad accipiendum de bonis predictorum / Pertuldisii et Renoardi pro duobus fictis duplis et tercio / simplicis et ad dandum prefatis magistro Antonio, Articho / et Adubado et ad ponendum eosdem ac induciendum in te/nutam et possessionem dicte brayde, salvo iure cuiuslibet / persone. Qui dominus castaldio dedit sepe dictis magistro Anto/nio, Articho et Adubado Dunellum preconem predictum ad / exequendum predicta et ad inducendum in tenutam predictae / brayde pro ut sententiatum extitit ibidem coram eo. / Actum Utini, in domo comunis.

S.T. Et ego Pertoldus filius condam Belçel/gii de Utino, imperiali auctoritate notarius, ex / comissione mi(hi) facta per venerabilem virum / fratrem Iohannem abbatem Rosacen(sem) rever/endi patris et domini domini P(agani) sancte sedis / Aquilegensis patriarche vicarium generalem, pro ut / inveni in notis olim Francisci Selani notarii / de Utino, nil addens vel minuens quod sen/sus mutet vel intellectum, fideliter scripsi et / publicavi.

48 bis

1323 febbraio 4, Udine.

Dunello precone del comune di Udine ha il compito di introdurre i procuratori della fraterna di S. Giovanni di Udine nel possesso corporale della braida dei fratelli Pertoldissio e Renoardo del Castello di Udine. Recatosi su luogo insieme ai procuratori, Dunello esegue la particolare cerimonia prevista per l'entrata in possesso, dando loro da stringere tra le mani alcuni rami di un ciliegio di detta braida.

Originale dalle note di Francesco Selani da Udine, membr., mm 200 x 165, ACAU, *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, nr. 48 [A]. Sul verso, mano sec. XIV: "de Brayda [...] arbit(r)i [qualiter] sententiatum fuit quod camerarii [cum nuncio ... accipere possessionem supradicte brayde].

Due pergamene cucite insieme, in buone condizioni di conservazione, contenenti i docc. 48 e 48 bis. Inchiostro unico.

Anno Domini mill(essim)o CCC^o vigesimo tercio, indictione sexta, die quarto intrans(e) februario, presentibus Çiniluscio de Utino, Vigelmo filio magistri Girardi de Utino, magistro / Gregorio fornentario de Utino testibus et aliis. Dunellus preco com(m)unis Utini, nun/cius datus per dominum Andriottum castaldionem Utini magistro Antonio et Adubado et / Articho tamquam camerariis et procuratoribus fradalee sancti Iohannis, ut dicebatur, per / laudum et sententiam, ad ponendum ipsos nomine quo supra in tenutam et possessionem / corporalem huius^a brayde Pertoldi et Renoardi fratrum de castro Utini sita(m) / in teretorio Utini, prope Portam Aquilege, cuius hii sunt confines: a duabus partibus / sunt vie publice et a tercia parte poss(ident) Sigora et Iohannes Cogoni de villa / inferiori Utini et a quarta poss(ident) dicti Pertoldus et Renoardus fratres, vel si qui / alii sunt confines, dictus vero Dunellus de mandato predicto sibi facto per dictum dominum / castaldionem posuit supradictos camerarios seu procuratores in tenutam et possessionem / corporalem dicte brayde, dando eis in manibus ramos cuiusdam cerasi, secundum / moris terre Foriulii. Actum Utini, in dicta brayda.

S.T. Et ego Pertoldus filius condam Belçelgii de Utino, imperiali / auctoritate notarius, ex comissione mi(hi) facta per venerabilem virum fratrem / Iohannem abbatem Rosacen(sem) reverendi patris et domini domini P(agani) sancte / sedis Aquilegensis patriarche vicarium generalem, pro ut / inveni in notis olim / Francisci Selani notarii de Utino, nil addens vel minuens quod sensus mutet vel intellectu(m), fideliter scripsi et publicavi.

^a da intendersi unius

1323 febbraio 13, Udine.

Giacomo detto "Stos" speronaio da Udine e sua sorella Margherita vendono per una marca di denari aquileiesi a Pellegrino detto "Wastapilot" fabbro da Udine un livello di sedici denari aquileiesi, da pagarsi ogni anno il giorno di Natale su una loro casa con terreno posteriore sita nel borgo inferiore di Udine, presso la Roggia degli Speronai.

Originale membr., mm 335 x 165, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 49. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1323 13 II". Sul verso, mano sec. XIV: "Carte condam Guastapiloti"; sec. XV: "Instrumentum reditus XVI denariorum venditi per Stros Pelegrino Vastapillot denariorum XVI super domo in Speronariis"; mano sec. XVI: "1323, in Speronariis, non nominatum capitulum"; mano sec. XX, a matita: "49c".

Pergamena in buone condizioni di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo / tercio, indictione sexta, die terciodecimo intrante februario, presentibus Petro nepote / olim Ianis dicti Toryan(i), Petro filio olim Iohannis Cataldini ambobus de Utino, / Petro filio Lotti de Aquil(egia) et Laurencio filio olim Vanni^a de Flor(encia) ambobus nunc / Utini commorantibus testibus et aliis pluribus. Iacobus dictus Stos spononarius de Utino et / Margareta eius uxor ambo insolidum precio unius mar(che) denariorum Aquilegensis monete, / quos confessi et contenti fuerunt habuisse ac integre recepisse a Pelegrino dicto / Wastapilot fabro de Utino, renunciantes exceptioni non habiti, non recepti et / eis non numerati dicti precii tempore huius contractus omnique legis et iuris auxilio dederunt / et vendiderunt per se suosque heredes prefato Pelegrino Wastapilot ementi et / recipienti pro se suisque heredibus et cui ius suum dare voluerit censum, red/ditum seu livellum sexdecim denariorum Aquilegensis monete sibi annuatim solvendum in / festo nativitatis Domini, vel octo diebus p(os)t, super domo et terra posteriori ditorum / iugalium sita Utini in burgo inferiori, in Ruga Spononariorum, cuius domus / et terre posterioris hii sunt confines: ab una parte possidet Çuaninus filius / olim Guerardi spononarii, ab alia Benvenuta soror olim Lucii fabri ambo / de Utino, a parte posteriori est mur(us) veter terre Utini, a parte vero anteriori est / via publica, vel si alii forent confines, ad habendum, tenendum, possidendum vel quasi / et quicquid dicto emptori suisque heredibus et cui dare voluerit de dicto censu super ipsa / domo perpetuo placuerit faciendum, sine contradictione dict(orum) venditor(um) vel alterius persone, / cum omni iure spangandi, intromittendi et in se retinendi dictam domum cum terra / posteriori si dictus census sibi in dicto termino solutus non fuerit, omnique iure et ac/tione, usu seu requisitione predicto censui vendito et ipsis venditoribus pro eo modo / aliquo spectantibus tam de iure quam de facto; promittentes dicti venditores in / solidum per se eorumque heredes, ad hoc obligantes omnia bona sua, cum refectione / dampnorum omnium et expensarum ac interesse litis et extra, et dicta Margareta iu/rans corporaliter ad sancta Dei evangelia prefato emptori, stipulanti pro se suisque here/dibus et cui ius suum dare voluerit super dicto censu vendito, litem vel questionem / aliquam non inferre nec inferenti consentire, sed dictum censum ab omni homine, / persona, collegio et universitate in ratione deffendere, auctoricare et disbrigare / et predictam venditionem ac omnia et singula supradicta firma et rata habere et tenere / perpetuo et non contra facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena / dupli valoris dicti census et meliorationis ipsius pro tempore, minus v^{que} soldis Veronensium parvorum, / stip(ulatione) promissa, qua soluta vel non, predicta tamen omnia et singula firma sint er rata; / et in hunc modum datus fuit tenute nuncius specialis Petrus nepos Ianis / testis predictus, qui ipsum emptorem in tenutam dicti census et possessionem vel quasi / inducetur corporalem. Actum Utini, ante domum dicti emptoris.

^a Van(n)i alla fine del testo con segno di richiamo

S.T. Et ego Parisinus de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

50

1323 febbraio [4], Udine.

Castellana sorella del fu Giacomino sellaio da Udine, in qualità di erede del fratello, cede a Antonio notaio da Udine, Artico e Adubado da Udine, agenti a nome della fraterna di S. Giovanni di Udine, tutti i suoi diritti reali e personali su una certa braida del fu Benone del Castello di Udine, sita fuori Porta Aquileia.

Originale dalle note di Francesco Selani da Udine, membr., mm 210 x 195, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n°. 50. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1323 4 II". Sul verso, mano sec. XIV: "Cart[a ..] brayde"; sec. XV: "Instrumentum domine Castelane"; mano sec. XX, a matita: "50c".

La pergamena presenta macchie di umidità e inchiostro evanendo nella parte superiore che ne ostacolano in parte la lettura; il testo delle ll. 1-3 è stato integrato tra parentesi quadre. Inchiostro unico.

Anno [Domini millesimo tricentesimo vigesimo tertio, indi]ctione [sexta, die] quarto intrante february, presentibus domino / Andriotto [... Siu]rido dicto Migotta de Utino, Iohanne notario de Utino, Çinilus/scio de [Utino notario testibus et aliis]. Domina Castellana soror olim Iacumini selarii de / Utino tamquam heres et hereditario nomine olim dicti fratris sui Iacumini per se suosque heredes dedit, / cessit, tradidit et mandavit magistro Antonio notario et Articho et Adubado de Utino re/cipientibus vice et nomine fratralge sancti Iohannis de Utino eorumque successoribus, vel cui dare / voluerint, omne ius omnemque actionem realem et personalem, no(m)i(na)lem et directam quod et quam / habet seu habere videtur in brayda(m) et super brayda olim domini Benoni de castro Utini que / est extra portam Aquilege, cuius hii sunt confines: a duabus partibus sunt vie publice et a / tercia poss(ident) Sigora et Iohannes Cogoni de villa inferiori Utini et a quarta poss(ident) Pertoldus / et Renoardus fratres de castro Utini, vel si qui alii sunt confines, ita quod amodo suo nomine / possint facere pro fraternitate sancti Iohannis omnia et singula que ipsa met facere poss(et) / si personaliter intere(ss)et, promittens dicta domina Castellana per se suosque heredes dictam ce/ssionem ratam et firmam habere et tenere et non contra facere vel venire per se vel alterum / de iure vel de facto, sub obligatione omnium bonorum suorum. Actum Utini, in domo co(mun)is.

S.T. Et ego Pertoldus filius condam Belçelgii de Utino, imperiali auctoritate / notarius, ex comissione mi(hi) facta per venerabilem virum fratrem Iohannem abbatem / Rosacen(sem) reverendi patris et domini domini P(agani) sancte sedis Aquilegensis patriarche vicarium / generalem, prout inveni in notis olim Francisci Selani notarii de Utino, nil / addens vel minuens quod sensum mutet vel intellectum, fideliter scripsi et / publicavi.

1323 febbraio 20, Udine.

Giacomo prete da Moruzzo vicario di S. Margherita e Nicolò da Plaino decano del Capitolo di Aquileia, a nome dello stesso Capitolo, cedono in permuta al nobile Bartolomeo del fu Enrico da Castellerio un campo sito nel territorio di Castellerio, ricevendone una decima su un certo manso presso Torreano di Martignacco.

Originale membr., mm 350 x 195, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 51. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1323 20 II". Sul verso, mano sec. XIV: "Carta decime permutate cum domino Bartholomeo de Castilerio"; mano sec. XV: "Instrumentum permutationis cuiusdam decime permutate quam habebat B(artholomeus) de [C]ast[iler]io super uno manso in T[oria]no [cum] uno campo [dicti B(artholomei) ...]"; mano sec. XVII-XVIII: "Permutatio unius campi prope Castelerium inter r(everendum) capitulum et dominum Bartolomeum de Castellerio"; altra mano sec. XVII-XVIII: "N° XXIII, 1323 9 feb(brai)o, Castellerio"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia".

La pergamena presenta lievi lacerazioni o roscature di topi sul margine sinistro nella parte inferiore. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo tricentesimo vigesimo tercio, indictione sexta, die nono exe(unte) / febr(uario), presentibus domino African(o) de Castiler(io) filio olim domini Henrici, Petro de Utino / filio olim Blasutti, Andrea sartore de Padua Utini comorante filio olim Bon/neventure, Iohanne de Puçolo filio Odorlici et aliis. Dominus Iacobus presbiter / de Murucio vicarius plebis Sancte Margarete et Niculussius de Plain(o) / filius olim Iacobi de Trietto decanus capituli Aquilegensis, considerantes quod in/frascripta decima domini Bertolomei de Castelerio infrascripti plus vale/bat et multo melior erat infrascripto campo dicti capituli Aquilegensis eo / quod plus habebat dictus dominus Bertolomeus reperiebat quolibet anno de ipsa decima, quam decimam / capitulum Aquilegensis de ipso campo pro melioramenta rectificata ipsius capituli / Aquilegensis ut dictum est vice ac nomine dicti capituli Aquilegensis ipso et successoribus / dederunt p(er)mut(averunt) et tradiderunt domino Bertolomeo de Castilerio filio olim domini / Henrici, pro se et suis heredibus recipienti, unum campum iure proprio et in perpetuo scitum / in teritorio Castilerii, cuius hii sunt confines: ab uno latere possidet dominus Leonar/dus de Castilerio, ab alio dictus dominus African(us), ab aliis Marçuttus de Castile/rio et ab aliis c(ur)rit via publica, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, ven/dendum, permutandum, obligandum, alienandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid sibi et suis / heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos pertinentur / confines, vel al(ios) si qui forent, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam atque cum omnibus / et singulis que habet super se, supra, intra seu infra se in integrum omnique iure et actione, / usu seu requisitione dicto capitulo pro ipso campo aut ipsi capitulo modo aliquo spectant(i) et / et pertinent(i) de iure vel de facto; et hoc nominatim pro quadam decima quam dictus dominus / Bertolomeus habebat super manso Thomadussii olim Naçaris de Toryano, Bul/gir(i), Nicol(ai) et Viole uxoris olim Iohannis Mulatti de Toryano, qui olim regebatur / per Thomadussium quondam predictum et quam decimam dictus dominus Bertolomeus dedit / et perpetuo concessit dictis domino Iacobo presbitero et Niculussio recipientibus vice et / nomine dicti capituli Aquilegensis et pro ipso et ipsius capituli successoribus, ad habendum, te/nendum, possidendum et omnem utilitatem ipsius capituli et successorum eius faciendi, cum omni/bus et singulis iuribus ipsi decime, aut sibi pro ipsa, et actionibus, usibus et requisitioni/bus modo aliquo spectantibus et pertinentibus de iure vel de facto; qui dominus Bertolomeus et presbiter / Iacobus ac Niculussius predicti nomine quo supra et unusquisque eorum vicissi(m) alterius nomine / rem a se permutatam et datam ut dictum est constituerunt possidere usque quo unusquisque eorum / rei sibi permutata et data in tenutam intraverit et possessionem acceperit corporalem, quam / accipiendi propria auctoritate et retinendi deinceps unus alteri vel aliis ad invicem licentiam / omnimodam dederunt et promiserunt unus alteri vel aliis ad invicem dictis tamen domino presbitero Iacobo / et Niculussio nomine quo supra recipientibus et promittentibus solempni stipulatione hic inde / intervenientibus litem,

questionem vel controversiam de dictis rebus a se permutatis unus alteri eiusque / heredum et successoribus non movere nec moventi consentire ullo tempore, sed unusquisque eorum / alteri rem a se permutatam et eius heredibus ac successoribus ab omni homine, persona et universitate legi/time defendere, auctorizare, varentare et disbrigare et predictam oermutationem et decimam / ac omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contra facere vel / venire per se vel alios ratione aliqua sive causa de iure vel de facto, sub pena dupli valoris / eiusque rei permutate minus quinque soldis Veronensium parvulorum ad invicem inter ipsos stipulationi promi/ssa, qua soluta vel non, firma et rata maneant perpetuo omnia et singula suprascripta presensque / instrumentum nichilominus perpetuo obtineat plenum robur, item reficere et refici facere unus alteri vel / aliis ad invicem omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra; pro quibus omnibus et singulis su/pradictis attendendis et firmiter observandis dictus dominus Bertolomeus omnia sua bona et dicti / domini Iacobus presbiter et Niculussius omnia sua et dicti capituli bona presentia et futura unus alteri / ad invicem obligavit se facturos prom(iserunt) ipsi dominus Iacobus et Niculissius quod dictum capitulum / Aquilegense dictam permutationem et dationem ac omnia et singula suprascripta ab eis facta et promissa rati/ficabit et confirmabit quandoque per ipsum dominum Bertolomeum ad hoc sine fraud(e) fuerint requisiti, sub / predicta pena; varentator de predictis pro dicto domino Bertolomeo et legitimus defensator in solidum exti/tit dictus dominus Africanus ad hec domina Agnes uxor dicti domini Bertolomei presens dicte permut(ationi) / cum vol(untate) dicti mariti sui consensit et certificata per me notarium infrascriptum dictam decimam sibi pro dotibus / suis et aliis suis iuribus fore obligatam, r(enunci)avit omni suo iuri quod in ea habebat occasione dotis et iurium / [person]arum^a predictarum; et in hunc modum dederint sibi invicem unus alteri dominum Africanum predictum in tenute nuncium / ipsius in tenutam dictarum rerum permut(atarum) et corporalem possessionem ponat et inducat. Actum Utini, in domo / Francisci Nassutti qua morabatur dictus dominus Bertolomeus.

S.T. Et ego Amatus de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis interfui et rogatus scripsi.

^a *si propone questa integrazione del testo*

1324 maggio 22, Udine.

Sclavutta vedova di Vidussio sarto del borgo di sopra di Udine, essendo malata, detta le proprie ultime volontà e chiede di essere sepolta presso la pieve di S. Maria di Udine. Dopo aver disposto certi legati in favore di alcuni parenti e affini, lascia la sua casa alla fraterna di S. Giovanni Battista di Udine ed istituisce quale sua erede la stessa fraterna.

Originale membr., mm 230 x 160, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 52. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1324 22 V". Sul verso, mano sec. XV: "[Test(amentu)m ScLavutte ...] 13"; mano sec. XX, a matita: "52c".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

Anno Domini mill(essim)o tricentessimo viessim^a quarto, indictione septima, die decimo exeunte ma/dio, presentibus Articho stationario de Utino, Leonardo filio olim Titini de Cavalico, Morondo filio / olim Valesii, Ursutto filio olim Iacobi Orsoni, Leonardo Muchurusse, Malfatussio / filio olim Talce et Çuanino Turto omnibus de burgo superiori Utini testibus et aliis ad hoc / specialiter vocatis et rogatis. ScLavutta uxor olim Vidussii sartoris de burgo super/iori Utini, licet languens corpore tam sana animo et mente, nolens ab intestata de/cedere in hunc modum suum ultimum testamentum facere procuravit. Imprimis si aliquid / accide(re)t de ipsa sibi ellegit sepulturam sui corporis prope ecclesiam Sancte Marie ple/bis Utini. Que ScLavutta legavit suum lectum Lene sorori sue, ipsa Lena dante / XL denarii Aquilegenses fratri Wecillo ordinis fratrum minorum de Utino; item legavit suum / plumacium Dominice filie olim supradicti Vidussii; item legavit Utulline uxori Mulicutti be/charii de burgo superiori Utini suum mortale de brondo et unam suam cassellam; item legavit / Cassandre filie dicti Morondi unam aliam suam cassellam; item legavit suam calderram et / chatenam Chaterine sue privigne; item legavit presbitero Sfreydato de Utino octo / denarios Aquilegenses; item legavit fraternitati sancti Iohannis Baptiste de Utino unam suam domum / cum curia et perario postpositis, solvendo annuatim pro ficto ipsius quinque denarios Aquilegenses et quinque parvulos et non plus, sitam in burgo superiori Utini, cuius hii sunt confi/nes: ab una parte possident heredes olim Nicolay Vercii tabernarii de burgo superiori / Utini, ab alia Morondus testis predictus, a tertia labitur rivus et a quarta est via^b publi/ca, vel si qui alii sunt confines, et alias suas massaritas in dicta domo positas, in/stituens inde dictam fraternitatem cum dicta domo et massaritiis predictis sibi heredem, hoc / modo quod camerarii qui pro tempore aliquo fuerint in dicta fraternitate possint dictam do/mum cum massaritiis vendere aut affitare secundum quod eis melius videbitur facere / et quod teneantur eam onoriffice sepellire et anuatim suum aniversarium facere et quod dicti / camerarii qui pro tempore fuerint pro eorum labore ad faciendum dictum aniversarium anuatim / debeant habere quatuor d(e)n(arios) pro quolibet et in hunc modum voluit Aulinum aurifficem / et Turam notarium camerarios dicte fraternitatis esse suos fedicomissarios et hoc vo/luit esse suum ultimum testamentum et ultimam voluntatem quod si non possit valere / iure testamenti valeat saltim iure codicilorum vel quocumque alio iure quo melius / valere possit valeat. Actum in burgo superiori Utini, in dicta domo.

S.T. Et ego Nicolaus dictus Grassulinus de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis / hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a da intendersi vigesimo

^b via(m) con segno di abbreviazione superfluo

1321 settembre 3, Pieris.

Essendo sorta una lite tra l'abbazia della Beligna ed il nobile Giovanni del fu Giacomo da Castelvenere abitante nel villaggio di Pieris in merito alla proprietà di un terreno e due campi siti in quel luogo, dette parti stabiliscono di udire le deposizioni di vari testimoni: questi concordano nel ribadire la titolarità del monastero sui beni contesi.

Originale membr., mm 470 x 150, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 53. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1324 22 V". Sul verso, mano sec. XIV: "Carta sive questione Iohannis de Petris"; mano sec. XV: "Instrumentum attestationis certorum camporum in villa de Pieris abbatie Bell(iginensis). In 1321"; mano sec. XV-XVI: "In Pieris"; altra mano sec. XV-XVI: "In villa de Pieris"; mano sec. XVII-XVIII: "Pieris, 1324 3 7bre. P"; mano sec. XVIII: "Monfalcone. Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "53c".

Pergamena gravemente danneggiata, con perdita del testo in vari punti lungo il lato sinistro per rosicature di topi: il testo mancante, o quasi del tutto illeggibile, è stato parzialmente integrato tra parentesi quadre; si notano poi alcune macchie con inchiostro evanito nella parte superiore. Inchiostro unico.

Anno Domini mill(essim)o tricentessimo vigessi(m)o primo, indictione quarta, die / [ter]cio intrante mense setembris. In villa dePeres, sub atrio ecclesie / [Sancti An]dree eiusdem ville, presentibus discreto viro domino presbitero Nico/[lao ...] vicario plebis Marciliane, Iacobo condam Gusini, Gregorio condam / [Pe]tri commorante in dicta villa, Yllario de Aquilegia, Aymo de / Malei de Truyach, Blaxio condam Iohannis de Fuyedel commoranti / Montifalconi, Antonio de Truyach et aliis pluribus testibus ibidem. / Cum questio foret inter venerabilem virum dominum Mathiam abbatem / monasterii Beliniensis pro se ac vice et nomine ipsius monasterii ex una parte / et dominum Iohannem condam domini Iacobi de Castro Ve(ner)is commorant(em) in dicta / villa de Peres ex altera de quodam territorio in con(tra)ta dicte ville, / [unde utra]que pars ad invicem fuerunt concordēs quod cognoscatur / ius inter ipsos dicta causa sil(icet)^a p(ro) ydoneis hominibus et antiquis / cognoscentes dictum territorium et [idem] dominus abbas ex(tra)ssit plures testes / cognoscentes dictum t(er)itorium. Quorum primus testis fuit [Cergna] condam Anto[nii] / [Tomax Borgna] Druxinus condam [Cernixi], Çoncha condam Sigardi de Peres / [et Antonius] condam [Zafeldi], quos testes iuraverunt corporaliter ad sancta / Dei evangellia coram Galbano vice et loco in dicta causa domini / [...]li Boyani capitanei Montifalconis dicere veritat(em) de [eo] quod / [...] requisiti de dicto t(er)reno [dicte] questionis amicabilit(er) expossum / [...] te]stis [Cer]gna condam Ant[onii], iuratus dicere veritatem, suo sacramento / [...] interrogatus dicens quod bene sit quod terrenum quod appellat(ur) Mech / [de] Avilaqua q(ue) dicitur [P(re)cuna] est dicti domini abbatis silicet / s[ui] monasterii et deinde usque in [Terdestay] et usque super ripam Ysoncii, / salvo quod ibi sunt duo campi quos ipse dominus abbas consenssiit / ipsi domino Iohanni de [...] ad suum velle. Item dixit quod adhuc sunt / duo campi in loco qui dicitur Brayduça, parum longe a dicto / t(er)reno verssus villam de Peres prope campos dicti domini Iohannis. Secundus / testis Tomax Borgna interrogatus de veritate dicenda suo sacramento / de dicto terreno dixit quod bene sit et recordatur quod terrenum illud est / antedicti mon(asterii), de quo questio inter ipsos dominum abbatem et Iohannem silic(et) / quod terrenum de Mech et locum ubi dicitur P(re)cuna usque in Tredestay / [et super] ripam Isuncis. Item sunt duo campi ipsius mon(asterii) ubi / dicitur Brayduça, parum longe a dicto terreno versus villam de / [...] prope campos ipsius domini Iohannis. Tercius testis Drux[inus] condam [Cernixi] / [...] sacra]mento interrogatus de dicto terreno dixit quod bene sit quod terenum / [de Mech] et illud terrenum de Avilaq(ua) q(ue) dicitur P(re)cuna [est] / [...] mon(asterii) Belinensis usque in Tredestuy conf(ines) et usque super ripam / Isoncii, quod ^bsunt [ibi] duo campi quos cons[en]ssit / ipse dominus abbas ipsi domino Iohanni de [gratia] ad suum

^a lettura incerta

^b segue b(e)n(e) depennato

beneplacitum; / item quod adhuc sunt duo campi ipsius mon(asterii) in loco qui dicitur / [Br]ayduça, prope campos ipsius domini Iohannis verssus villam de / Peres [et] parum longe a dicto terreno. Quartus testis Çoncha / condam Sigardi, interrogatus de predicto terreno, suo sacramento dixit / quod terrenum de Mech ubi dicitur P(re)cuna est dicti monasterii; / item sunt duo campi in loco qui dicitur Brayduça, prope / campos ipsius domini Iohannis parum longe a dicto territorio / [vers]us villam de Peres, pertinentibus dicto mon(asterio). Antonius condam Zafaldi / testis de predictis suo sacramento dixit quod bene sit quod campos / [...] P(re)cuna est dicti monasterii. Que partes contentave[runt] / [...] testes deberent dicere eoquod sire(n)t de dicto terreno / [...] firmum habere perpetuis temporibus ante eorum d(ic)ta s(cilicet) / post eorum dicta dictus dominus Iohannes dixit ego volo coram / domino patriarcha respondere cuicumque in petend(o) t(er)renum illud. / Qui dominus abbas rogavit me notarium ut s(ibi) plubic(e)^c conscriberem / instrumenta ac etiam nominati testes et ego notarius infrascriptus / ivimus in loco d(ict)i terreni declarando et c(er)tifica(n)tes dictu(m) terrenum / per formam suprascriptam et postmodum eorum dicta ad publicam formam / [re]duxi de voluntate parcium presens compromixum et sub / [ipo]thecha omnium suorum bonorum presentium et futurorum val[.]^d / dictorum omnium et [...]^e et domino capitaneo eiusdem / loci.

S.T. Ego Giselbertus condam magistri B(er)tholini medici / de Utino imperiali auctoritate notarius notarius^f interfui omnibus hiis et / rogatus ad publicam formam scripsi.

^c *da intendersi publice*

^d *foro dovuto a rosicatura di topi*

^e *inchiostro evanito*

^f *ripetuto nel testo*

1324 settembre 19, Aquileia.

Ottolino vice decano ed il Capitolo aquileiese istituiscono il nobile Carlevario Della Torre, prete Melioranza pievano di Variano e Federico Burella abitatore del Castello di Udine quali procuratori in ogni loro causa e lite, specialmente contro il nobile Morando da Castellerio riguardo ad un manso nella villa di Morsano presso Castellerio che detto Capitolo aveva acquistato da Pellegrino da Morsano.

Originale membr., mm 235 x 190, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 54. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1324 19 IX". Sul verso, mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1324 19 7bre. Procura"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "54c".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo III^o, indictione VII^a, XVIII^o / mensis septembris. In capitulo Aquileg(ie) post vesperis, presentibus testibus infrascriptis ad hec vocatis et rogatis, / videlicet presbiteris Odorico, Tadeo mansionat(o) Aquilegensis ecclesie, Gabriele de Cremona fratre venerabilis viri / domini Guilielmi Aquilegensis decani et aliis. Venerabilis dominus Otolinus vicedecanus et capitulum Aquilegense com(m)uniter et con/corditer fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum dominum Chatelariu(m) de la Turre ac discre/tos viros dominum presbiterum Melioranciam plebanum plebis et ecclesie de Variano Aquilegensis diocesis, Federicum / Burella habitatorem castri Utini, licet absentes tamquam presentes, quemlibet eorum in solidum ita quod non sit potior / conditio, excusatio et quod unus ipsorum incepit alius mediare valeat et finire, suos et dicti capituli nunci/os, actores, defensores, syndicos et procuratores legitimos in omni et super omni causa, lite et controversia quam vel / quas habent vel habere sperant maxime cum nobili viro domino Morando de Castelerio occasione unius mansi / siti in villa Morsani prope Castellerium, quem mansum dicti domini seu capitulum emerunt a Pelegrino de / dicta villa Morsani, coram venerabili viro domino fratre Iohanne abbate Rosacen(si) vicario reverendi patris domini P(agani) / sancte sedis Aquilegensis patriarcha, aut coram quocumque alio iudice ecclesiastico vel civili, ordinario, delegato vel subde/legato et in quocumque loco et super quibuscumque negociis, dantes et concedentes antedictis eorum procur(atoribus) et cuilibet ipsorum / liberam et generalem potestatem ac speciale mandatum in omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis agendi et defenden/di, petendi, libellum dandi et recipiendi, excipiendi et replicandi, litem contestandi de malicia seu calumpnia / et veritate dicendi in a(n)i(m)as predictorum dominorum vicedecan(i) et capituli et cuiuslibet alterius generis iuramentum / prestandi et recipiendi, ponendi et positionibus r(espo)ndendi, probandi et reprobandi, testes et instrumenta pro/ducendi, opponendi et contradicendi, iudices eligendi et recusandi, terminos et dilationes petendi, sententiam vel / sententias tam interlocutorias quam diffinitivas petendi et audiendi et si necesse fuerit appellandi, appellationes / semel et pluries p(ro)seq(uen)di, unum vel plures procuratores loco sui substituendi et revocandi et generaliter / omnia alia et singula faciendi et liberaliter ex(er)ce(n)di in iudicio vel extra que c(aus)a(rum) m(er)ita exigunt et requirunt et que / per veros nuncios, syndicos, actores, defensores et procuratores et substitutos vel substituendos ab eis in / iudicio sive extra fieri possunt et que ipsimet facere possent seu dicere si personaliter interessent etiamsi mandatum / exigent specialiter, promittentes m(ihi) notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest / vel interesse poterit, se firmum et ratum habere atque tenere quicquid per dictos eorum procuratores, actores, defensores et / syndicos aut substitutos vel substituendos ab eis vel eorum alterum in predictis et causa predicta factum, gestum / fuerit vel modo aliquo procuratum, tam in perdendo quam in lucrando, volentes insuper dictos eorum procuratores, nuncios, / syndicos, actores et defensores aut substitutos vel substituendos ab eis ab omni satis dationis onere relevare, / promiserunt iudicatum solvere, iudicio

systi cum omnibus clausulis consuetis de iure, sub bonorum dicti / capituli omnium obligatione et ypoteca tam presentium quam eciam futurorum.

S.T. Et ego Rolandus ecclesie Aquilegensis scolasticus, imperiali auctoritate notarius / publicus, predictis omnibus interfui eaque rogatus publice scripsi meumque signum / consuetum apposui.

55

1324 dicembre 21, Aquileia.

Poiché Mattia abate di Beligna aveva ricevuto da Renoardo del fu Benone del Castello di Udine e sua moglie Fiordalisa del fu Lorenzo Omnia da Aquileia la somma di cento sessanta marche di nuovi denari frisacensi in moneta aquileiese, impegnando nove mansi e mezzo, ora intende restituire tale somma e liberare i beni obbligati, tuttavia detto Renoardo chiede di rinviare l'affrancazione per potersi prima consultare con alcuni consiglieri.

Originale membr., mm 265 x 185, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 55. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1324 21 XII". Sul verso, mano sec. XIV: Instrumentum [oblationis prestite] per abbatem [Beliniensem ... in villa Visconi]. N° XLI"; altra mano sec. XIV: Instrumentum qualiter abbas Mathias optulit pecuniam Renoardo pro X mansis quos sub pignore tenebat"; mano sec. XVI: "In Viscono de Turre"; mano sec. XVII-XVIII: "1324 21 Xbre, Viscon".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem mill(essim)o tricesimo vigesimo quarto, indictione / septima, die vigesimo primo mensis decembris. Aquilegie, in domo domini Iohannis condam / domini Picosii, presentibus dominis presbitero Andrea canonico ecclesie Sancti Felicis, dicto domino Iohanne, / Bertolino de Urbino, Georio de Papia et Çanino barberio civibus Aquilegensibus testibus ad hec / specialiter vocatis et rogatis et aliis. Cum venerabilis vir dominus frater Mathias abbas Bellin(e) / titulo et sub forma venditionis vendidiss(et), dediss(et) sive i(m)pig(n)orass(et) et obligasset Renoardo / filio condam domini Benoni de castro Utini marito et procuratori domine Flordaylis filie condam / et heredi^a Laurentii Omnie de Aquilegia, et hoc pretio et foro centum et sexsaginta marcharum / denariorum novorum Fr(i)x(acensium) Aquilegensis monete quedam sua bona, videlicet circa novem mansos / et dimidium scitos in villa de Viscono iuxta Turim, ut plenius patet quodam publico / instrumento scripto et confecto per manum Parisini notarii de Utino sub anno Domini mill(essim)o / tricesimo duodecimo, indictione decima, die octavo intrante ian(uario), a me notario infrascripto / viso, lecto et plenius intellecto, cum hac tamen conditione quod quodcumque predictus dominus / abbas eiusque successores vel monasterium dederint et solverint predicto Renoardo / sive dicte domine Flordaylis vel alteri eorum marchas centum et quinquaginta / quinque denariorum novorum F(ri)x(acensium) Aquilegensis monete infra festum sancti Martini et festum / nativitatis Domini quod dicta bona per dictum Renoardum et Flordaylis sive alterorum eorum / sibi revendi et restitui immediate cum omni integritate restitui sive revendi debebat, / predictus dominus abbas ibidem in presentia predictorum testium et mei notarii infrascripti dixit et / protestatus fuit quod erat paratus sibi dare dictam pecunie quantitatem, silicet marchas / centum et quinquaginta quinque F(ri)x(acensium) et quod dictus Renoardus sibi debet restituere dicta / bona pro ut promiserit et erat obligatus ac tenebatur de iure et statim sibi / obtulit dictam pecuniam quam erat in quam pluribus saculis atque fundis et ipsam pecuniam / extraxit de dictis saculis atque fundis causa dandi et numerandi dictam pecuniam / ipsi Renoardo, que quidem pecunia extracta extimata fuit largo modo esse ultra / marchas centum et quinquaginta quinque F(ri)x(acensium), vero aliqui ex dictis testibus dicebant / se numerasse dictam pecuniam et

^a da intendersi heredis

ipsam esse ultra dictam quantitatem centum et quinquaginta / quinque marchas F(ri)x(acensium); quibus omnibus sic peractis dictus Renoardus respondens dixit / quod super his habere volebat consilium cum suis amicis usque ad quindecim dies post / proximum venturum festum nativitatis Domini, nollens tamen quod predicto domino abbati vel eius monasterio / aliquod preiudicium g(ra)vet(ur) propter hanc dillationem quindecim dierum quamvis conti/neat(ur) quod dictus dominus abbas dicto Renoardo predictam pecuniam ut dictum est dare / debeat infra festum sancti Martini et nativitatis Domini.

S.T. Ego Mapheus filius condam Blasii notarii de Aquilegia, imperiali auctoritate publicus notarius, / hiis omnibus interfui eaque rogatus scripsi.

56

1325 gennaio 5, Udine.

Odolrico Cargnello abitante a Udine dona ai camerari della fraterna di S. Giovanni Battista di Udine un livello, ovvero una rendita annuale di ventiquattro denari, da pagarsi su una casa posseduta da Giacomina e Domenico in borgo Aquileia di Udine.

Originale membr., mm 355 x 120, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 56. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "5 I 1325". Sul verso, mano sec. XIV: "Carta de den(ariis) XXIII de livello lo quale [...]"; mano sec. XX, a matita: "56c".

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta alcune macchie e inchiostro parzialmente evanito in vari punti, specialmente nella parte superiore: il testo è stato in parte integrato tra parentesi quadre. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo CCC^{mo} vigesimo quinto, indictione VIII^a, die quinto / [mensis] ian(uarii), presentibus Nicolao infornatori de Utino, Petro [...] / [...] de] villa de Rosp[...]o de Utino qui fuit de villa / [de Rav]ey^a de Carn[ea ...] de Utino, Henrico / speçario de Utino, [Benefacio textore] de Utino qui fuit / [de ... pluribus]. Odol[ricus] Carnellus de Utino qui / fuit de villa de [Amaro]^b de Carnea pro anima sua et / suorum preces[sorum remedio], nomine don(ationis) qui dicitur inter / vivos [...], que don(atio) non possit revocari [ali]/qua ingratitude sive offensa, se de bona voluntate et / sue uxoris consensu, dedit, cessit, tradidit atque donavit / Venuto de Utino filio condam Odorlici de Nimes et Bela/no dicto Tay fabro de Utino camerariis sancti Iohannnis / Baptiste r(ecipie)nt(ibus) vice et nomine congregationis ac paternitatis / sancti Iohannis supradicti et pro ipsa et cui suum ius dare voluerunt / [...] camerarii sive successores dicte fraternitat(is) qui / pro tempore fuerint de [vo]luntate et consensu dicte fraternita/tis LII [libras] et fic[tum sive] redd[itum vi]g[inti] quatuor d(e)n(ariorum) / solvend(um) annuatim super una domo Iacomine et Dominici / iugalium sita [in bur]go de Aquileg(ia) de Utino, confin(es) / cuius domus sunt hii: ab una parte possidet Nicolaus / pelliparius de dicto burgo, a secunda heredes condam domini Mathie / de Carnea, a tertia Dominicus de Caminetto et a quarta / est via publica vel alii si qui forent confines, quod fict(us) et livell(um) / s[upra]dicti Iacom[inus] et Dominicus et sui hered(es) et qui dictam / domum habu(er)it et pos(siderit) ac emerit dare ac solvere te/neatur ac debeat dicte fraternitati et congregationi sancti / Iohannis Baptiste et cui suum ius dare voluerint annuatim / in festum nativitatis Domini, an(te) [VIII^o] dies [vel] post, iure livelli / supra [dicta] domo, [ad habendum, ten]endum, possidendum, vendendum, / dandum, pro anima et corpore [iu]dicandum et quicquid dicte fraternita/ti et eius successoribus de[in]ceps perpetuo placuerit faciendum, / absque om(ne) contradi[ctione] et repetio(ne) sive impedimento dicti / Odorlici donato(ris) e[ui]sque heredum, sine alicuius alterius persone / et cum omnibus ac singulis que dict(us) fictus et livellum h(abe)t / super

^a lettura incerta

^b lettura incerta

se vel infra seu intra se in integrum om(ne)que iure et / actione, usu seu requisitione, servitute, dominio eut honore / dicto livello super dicta domo sibi aut pro ipso modo aliquo / spectant(ibus) vel pertinent(ibus) de iure aut de facto atque cum omni / iure spangandi et dispangandi ac intromittendi dictam / domum, sicut mos est in terra Utin(i), si dictum livellum / dicte fraternitati persol[ut](um) non foret, promittens quoque / predictus Odorlicus per se et suos heredes et sub obligatione omni/[um] suorum bonorum present(ium) et fut(urorum) de dicto livello / [super] dicta domo litem aut que[...] sive molestiam aut / ingratitude aliquam non facere vel movere sed dictam / donat(ionem) et tradit(ionem) firmam et ratam habere et tenere et ob/servare et nunquam contra predicta aliquo tempore facere vel venire / ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena dupli / dicti livelli vel val(or)is ipsius ut pro tempore plus valu/erit minus quinque soldis parvorum stipulat(ione) promissa, qua / pena soluta vel non, omnia et singula in sua / permaneant firmitate et presens instrumentum suum obti/neat plenum robur. Ad hec aut(em) dedit eisdem / camerariis r(ecipientibus) ut supra dict(um) est Hen(ri)cum te/nute nuncium specialem ut supra dictum. / Actum Utini, in domo dicti Odolrici donatoris.

S.T. Ego Stephanus condam Marini de Fau/gnacho nunc Utini permanens, im/periali auctoritate notarius, predictis interfui et rogatus scripsi.

1325 novembre 7, Castel Porpeto.

Nicolò del fu Francesco milite da Castello vende per quattordici marche di denari, con il consenso di Nicolò e Giovanni Francesco da Castello, a Ambrogino mansionario del capitolo di Aquileia un manso sito nel villaggio di Morsano, retto da Marzutto.

Originale membr., mm 445 x 145, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 57. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1325 7 XI". Sul verso, mano sec. XIV: "Instrumentum emptionis mansi empti in [M]orsano a Nicolao de famil[eis ...]; mano sec. XV: "[... super manso] de Morsano [...] per [... empto a] Nicolao condam Francisci militis de famiglis"; altra mano sec. XV: "Emptio ab illis de Castello [... Mor]sano"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1325 7 9bre "; altra mano sec. XVII-XVIII: "N° XXXV. 1320"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "57c".

Pergamena contenente due documenti (docc. 57 e 57 bis); presenta macchie e inchiostro parzialmente evanito in vari punti, specialmente nella parte superiore: il testo è stato in parte integrato tra parentesi quadre. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o vicessimo qui[n]to, in]dictione / octava, die septimo intrante mense novembri, presentibus nobiles viris dominis / Nicolao et Iohanne Francisco fratribus de Castello, Iacobino de Ro habitatore de Cast[ello], / Nicolao filio domini Hendrigucii de Çeglacho, Micolò de Castello, Nicolao filio / Decani de Carisacho et Iohanne Artuici de Morsano Strate et aliis pluribus rog(atis). / Nicolaus filius condam domini Francisci militis de Favul(is) [de] Castello precio et foro / quatuordecim marcharum denariorum Aquilegensis monete, quod totum fuit [con]fessus, [contentus et] / manifestus se recepisse, [sibi] nu(mer)atum tempore huius contractus fuisse ac se integre [recepisse] / ab Ambrosino mansionario^a ecclesie Aquilegensis dante pro se et capituli [et cano]nicis universis dicte ecclesie Aquilegensis, renuncians exceptioni non habiti, [non recepti] / ac non numerati sibi dicti precii tempore huius contractus et omni legum et iuris [auxilio tam cano]nici quam civilis omnique alii suo iuri, exceptioni, actioni, defensionem et rei et omni / laudo, laudamento, sententie, iudicio, consuetudini et statu factis et faciendis / sibi competentibus et competituris cum quibus a contentis in hoc instrumento se possit defe[nde]re aliquatenus vel tueri, per se suosque heredes, cum voluntate dictorum dominorum / suorum Nicolay et Iohannis Francisci fratrum de Castello, dedit, vendidit, tradidit, / donavit et investivit eidem Ambrosino recipienti vice et nomine dicti ca[pituli] Aquilegensis, vel cui ius suum dare voluerint, mansum unum situm in / villa de Morsano rectum per Marçutum dicte ville iure feudi, ad habendum, / tenendum, possidendum, utendum, gaudendum, dandum, donandum, vendendum, permutandum, / pro anima et corpore iudicandum et quicquid dicto capitulo vel cui ius suum dare / voluerit placuerit perpetuo faciendum, cum campis, pratis, silvis, nemoribus, / pascuis, comuniis, teris cultis et incultis, domibus, sediminibus, ortis, curiis, / baiarçuis, cisis, vitibus, arboribus, plantis, sepibus, rivalibus et fosatis, aquis, / aquarumve ductibus, viis et inviis et omnibus et singulis que habet super se, intra se, / infra se in integrum, cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas / omnique iure, actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, comodo, honore et / utilitate sibi ex dicto manso vel pro eo modo aliquo pertinente de iure vel de facto, / promittens per se suosque heredes dicto Ambrosino emptori ementi et recipienti / vice et nomine quo supra vel cui ius suum dare voluerit, cum obligatione omnium suorum bonorum / mobilium et immobilium presentium et futurorum et omnium dampnorum et expen(sarum) litis et extra / et interesse refectione, se de predicto manso vel aliquo iure ipsi(us) nullo unquam tempore per se / vel alterum movere litem vel questionem aut controversiam ullam, sed ipsum ab omni homine, / universitate, ecclesia et persona legitime defendere, manutenere, auctoriçare ac / in solidum disbrigare cum voluntate predictorum suorum dominorum nu(n)q(uam)que contra predicta / vel aliquid predictorum dicere, facere vel venire per se vel

^a da *intendersi* mansionario

interpositam personam ratione / aliqua, dolo, ingenio sive causa, sed ea omnia rata et firma habere perpetuo et / tenere; constituens se illud pro eo precario nomine possidere donec ipsius tenutam et / corporalem acciperit possessionem, quam accipiendi et retinendi auctoritate propria licen/tiam dedit et plenariam potestatem, sub pena dupli valoris dicti mansi ut pro / tempore plus valuerit vel meliorat(us) fuerit minus quinque soldis Veronensium parvorum in / singulis capitulis stipulata et promissa que totiens peti possit et exigi, cum effectu / quotiens comitetur in eam, et ipsa soluta vel non, presens tamen instrumentum et omnia que continentur / in ipso nil[o]minus perpetuo obtineant plenum robur. In cuius rei vel mansi tenutam / et corporalem possessionem deponendi ipsum Ambrosinum emptor(em) nomine quo supra datus / fuit nuntius Nicolus testis prefatus. Actum Castelli, in ecclesia fratrum minorum / de Castello.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

57 bis

1325 novembre 7, Castel Porpeto.

Poiché il manso presso Morsano venduto a Ambrogino mansionario procuratore del Capitolo di Aquileia era un feudo spettante al nobile Nicolò da Castello, questi lo investe di detto feudo con un quanto da cavaliere.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o vicesimo quinto, indictione / octava, die septimo intrante novembri, presentibus domino Iohanne Francisco de Castello / filio condam domini Odorici de eodem loco, Iacobino de Ro habitatore dicti loci, Nicolao / filio Hindrigucii de Çeglacho, Micolo de Castello, Nicolao filio Decani de / Carisacho et aliis multis ad hoc rogatis. Cum mansus de Morsano rectus per Marçutum / dicte ville venditus per Nicolaum de Favul(is) de Castello Ambrosino masionario^a / ecclesie Aquilegensis, recipienti vice et nomine capituli et dicte ecclesie Aquilegensis, foret feudum / nobilis viri domini Nicolay de Castello, idem Nicolaus venditor dictum mansum / sive feudum in manibus dicti domini Nicolay sui domini refutavit cum omnibus / ad eum modo aliquo spectantibus de iure^b vel de facto ratione vel causa dicti feudi / vel mansi. Qui dominus Nicolaus ibidem in instanti cum una çirotecha ipsum / Ambrosinum, r(ecipie)ntem vice et nomine quo supra, de dicto feudo libere investivit cum / omni plenitudine iuris. Actum Castelli, in ecclesia fratrum minorum de Castello.

S.T. Et ego Tealdus de Pergamo, publicus imperiali auctoritate notarius, / predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a *da intendersi mansionario*

^b *segue de iure espunto*

1327 novembre 25, Udine.

Nicolò fabbro del fu Morassio da Udine, essendo malato, dispone le sue ultime volontà e chiede di essere sepolto presso la chiesa di S. Pietro Martire di Udine, cui lascia un legato di quaranta denari frisacensi. Dispone inoltre numerosi legati in denaro o libbre d'olio in favore di varie chiese udinesi, oltre che della chiesa di S. Pietro di Aquileia e della fraterna dei mercanti di S. Giovanni Battista di Udine, il tutto da pagarsi su un suo forno e su un certo terreno. Infine dispone in favore di due parenti prossimi e della moglie Perta, nominando suoi eredi universali la figlia Domenica ed eventualmente un altro figlio nascituro; se poi gli eredi morissero in età minore e senza discendenti l'eredità verrà trasmessa alla suddetta fraterna di S. Giovanni Battista.

Originale dalle note di Guecello da Portogruaro, membr., mm 265 x 135, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 58. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1327 25 XI". Sul verso, mano sec. XVIII: "Testamentum Nicolai Mirassii de Utino qui beneficiavit fraternitatem. 1327 25 novembr(is)"; mano sec. XX, a matita: "58c".

Pergamena in buono stato di conservazione, che tuttavia presenta numerose piccole abrasioni in vari punti: il testo perduto è stato in parte integrato tra parentesi quadre. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo tricesimo vigesimo [septim]o, indictione decima, die vigesimoquinto intrante novebri. In Utino, / in domo infrascripti testatoris, presentibus Maiucio fabro de burgo superioris Utini, Stephano eius filio, Iohanne dicto Cauto / cognato infrascripti testatoris, Francisco Cagnassio condam magistri Radium fabri de Utino, magistro Petro petenario, Nicolao / dicto Tay fabro, Stephano de Castelerio Utini habitantibus, Calessio de Utino, Dominico dicto Cagoço condam Mathie / de Utino testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis et aliis. Nicolaus faber condam Morassii de Utino, / per Yhesu Christi gratiam sanus mente licet corpore languens, timens decedere ab intestato, suorum bonorum / omnium dispositionem sine scriptis per presens nuncupativum testamentum facere procuravit in hunc modum. Primo / quidem ellegit sibi sepulturam apud ecclesiam Sancti Petri martiris de Utino, cui ecclesie pro eius / anima legavit Frix(acenses) quadraginta. Item legavit ecclesie Sancti Odorici Frix(acenses) octo; item ecclesie Sancti Francisci / Frix(acenses) octo; item ecclesie Sancte Marie maioris de castro Utini libras duas olei; item ecclesie Sancti / Laurencii de castro Utini libras duas olei; item legavit ecclesie Sancte Marie Magdalene duas libras / olei; item ecclesie Sancti Petri de villa Aquilegie duas libras olei; item legavit ecclesie Sancti Stephani / de Utino duas libras olei; item legavit ecclesie Sancti Georgii de Grazano duas libras olei; item / legavit ecclesie Sancti Nicolai de Poscollo duas libras olei; item legavit ecclesie Sancti Gervasii duas / libras olei; item legavit ecclesie Sancti Laz[ar]i duas libras olei; item legavit ecclesie Sancti Petri de Tabella / duas libras olei; item legavit ecclesie Sancte Clare de Utino duas libras olei; item legavit ecclesie Sancti Qua/rini libras duas olei. Item reliquid fraternitati sue mercatorum Sancti Iohannis Baptiste de Utino / annuatim Frix(acenses) sexdecim Aquilegenses super uno suo forno et tereno quod est post domum in qua moratur / eius mater Vignudis, ut dicta fraternitas sive fratres fraternitatis teneantur et debeant facere suum anni/versarium tali modo quod si infrascripti heredes eius vellent emere alibi dicte fraternitati Frix(acenses) sexdecim / fictus perpetualis, quod tunc fraternitas dictum fictum recipere debeat et non debeat se tunc tenere super / predictis forno et t(er)ritorio. Item reliquid [nomine] hereditatis patruo suo Iohanni Baldinelle Frix(acenses) decem / et in hoc iussit et voluit eum esse [tacitum et] contentum; item reliquid Elene consanguinee / sue dimidiam marcham Frix(acensium) [et unum] plumacium et duo lentiamina. Item iussit et voluit / Pertam dictam Cussuttam eius uxorem esse dominam et usufructuariam de omnibus bonis suis hinc / ad vitam eius dum modo vitam suam castam duxerit et honestam, et si acciperet virum et non / viveret caste quod tunc habeat iura et dotes suas. In omnibus vero aliis suis bonis mo/bilibus et immobilibus presentibus et futuris sibi instituit heredes equaliter Dominicam eius / filiam et filium vel filiam quem eius uxor pariet, tali

modo quod si quis illorum suorum heredum / decederet ante legitimam etatem quod alter remanens debet succedere in hereditate et hereditas debet / sibi p(er)ve(n)i(r)e et si ambo decederent ante legitimam etatem quod dicta hereditas et bona frater/nitati Sancti Iohannis Baptiste de Utino debeant integre p(er)ve(n)i(r)e, ad hoc ut dicta fraternitas / teneatur et debeat annuatim facere suum aniversarium et patris sui et helemosinas offerire / pro eius [anima ...] remissione omnium peccatorum. Item instituit supradictis heredibus suis tutores / et fidei commiss[arios] dominam Vignudis eius matrem et dictum Iohannem dictum [Cau]tum eius cognatum; / et hoc iussit et voluit esse suum ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem quam valere / voluit iure testamenti [...] iure codicillorum vel quocumque alio iure quo melius potest valere / similiter et tenere.

S.T. Et ego Bartolomeus condam Marculini de Utino, imperiali auctoritate notarius, / ex auctoritate et comissione mihi facta per reverendum patrem et dominum dominum Bertrandum / Dei gratia patriarcham Aquilegensem, prout inveni in protocollis condam Weceli notarii / de Utino qui fuit de Portugr(uario), nichil adens vel minuens quod sensum / mutet vel intellectum fideliter scripsi et in publicam formam redegei.

1327 dicembre 27, Aquileia.

Dinanzi al patriarca Pagano Della Torre compaiono il vicedecano Francesco Della Torre, Berofino, Ambrogio Della Torre, Guidotino detto "Prior" e Matteo da Bologna, canonici e agenti a nome del capitolo di Aquileia, espongono come il nobile Simone da Castellerio aveva fissato il termine per la lite riguardante un manso in Morsano, venduto a detto capitolo da Pellegrino con la fideiussione di Giacomino da Ro, e poiché il nobile Simone da Castellerio afferma i suoi diritti sul manso per averne fatto l'acquisto all'incanto e muove causa contro lo stesso capitolo, gli astanti sentenziano che se detto Simone dovesse ottenere la proprietà del manso il capitolo potrà rivalersi sui beni di detti Pellegrino e Giacomo per un valore pari al doppio del manso in questione.

Originale membr., mm 655 x 150, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 59. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1327 28 XII". Sul verso, mano sec. XVII-XVIII: "Morsano. 1328 27 Xbre, sentenza. 1328 27 Xbre, proroga. 1328 11 gen(nai)o, sentenza"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "59c".

Pergamena in buono stato di conservazione, contenente tre documenti (docc. 59, 59 bis, 59 ter). Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno nativitat̄ eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, die / lune quarto exeunte mense decembris. Aquileg(ie), in patriarchali palacio, in camera infra/scripti domini patriarche, presentibus venerabili viro domino fratre Iohanne abbate monasterii Rosacensis ipsius infrascripti / domini patriarche vicario generali et nobilibus viris dominis Bernardo et Osalco fratribus / de Stras(oldo), Mapheo notario Aquilegensi, Federico notario condam domini Galvagni de Utino, Matiu/sio preconē com(m)unis Utini testibus et aliis pluribus. Coram reverendo in Christo patre et domino domino / Pagano Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha existente in iudicio / et gyric̄to comparuerunt venerabiles viri domini Francisco de la Turre vicedecanus, / Berofinus, Ambrosius de la Turre, Guidotinus dictus Prior et Matheus de Bononia / canonici ecclesie Aquilegensis, vice et nomine capituli et ecclesie Aquilegensis proponentes / et dicentes quod cum dominus Symon de Castilerio eisdem cum nuncio prefati domini patriarche / dari fecisset primum, secundum et tercium terminum nomine et occasione cuiusdam mansi dicti capituli / positi in Morsano, quem mansum dicto capitulo vendidit Pelegrinus, ad cuius instanciam / Iacobinus de Ro extitit fideiuss(or) et varentator et q(uare) ipse dominus Symon dicit / se ius habere in dicto manso causa cuiusdam emptionis per ipsum facte ad incantum et eisdem / de capitulo^a pro dicto manso movet questionem simili modo ut eisdem mandatum / extitit ad petitionem dicti domini Symonis, ita ad eorum requisitionem mandatum fuit ex iussu / dicti domini patriarche predictis Pelegrino et Iacobino ut esse debeant coram supradicto domino patriarcha / ad deffendendum et warentandum dicto capitulo mansum predictum. Unde cum ipsi non compareant / nec aliquis pro eis et dominus Symon prosequatur ius suum contra dictum capitulum, roga/verunt per sententiam diffiniri quid inde ius sit et petente dicto domino patriarcha a circum/stantibus suis sententiatum fuit quod si contingerit dictum dominum Symonem obtinere / dictum mansum contra dictum capitulum quod prefatus dominus patriarcha dare debeat ipsi capitulo / nuncium suum ex nunc ad accipiendum de bonis ipsorum Pelegrini et Iacobini altro(vor)sum / sive pro duplo valoris dicti mansi cum dampnis et expensis factis et faciendis in dicta litem / ipso capitulo probante emptorem et warentatorem ac terminos sic dicebant / secundum quod terminos ibidem probaverunt legitime prout sententiatum fuit ipsum capitulum bene / et sufficienter probasse.

S.T. Ego Martinus filius condam Stephani de Flambri, publicus imperiali auctoritate notarius, / hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a segue dare espunto

59 bis

1327 dicembre 27, Aquileia.

Dinanzi al patriarca Pagano Della Torre i procuratori del capitolo di Aquileia ed il nobile Simone da Castellerio concordano una proroga di quindici giorni del termine stabilito per la lite riguardante un manso in Morsano.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, / die lune quarto exeunte mense decembris. Aquileg(ie), in patriarchali palacio, in camera infrascripti domini patriarche, presentibus venerabili viro domino fratre Iohanne abbate monasterii Rosacensis ipsius infrascripti / domini patriarche vicario generali et nobilibus viris dominis Bernardo et Osalco fratribus de / Stras(oldo), Mapheo notario Aquilegensi, Federico notario condam domini Galvagni de Utino et Matiu/sio precone com(m)unis Utini testibus et aliis pluribus. Coram reverendo in Christo patre et domino domino / Pagano Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha existente in / iudicio comparentibus ven(erabilibus) viris dominis Franciscolo de la Ture vicedecano, / Berofino, Ambrosio de la Ture, Guidotino dicto Priore et Matheo de Bononia / canonicis ecclesie Aquilegensis, vice et nomine capituli dicte ecclesie ex una parte / et domino Symone de Castillerio ex alia parte, co(mm)uniter et concorditer quemdam terminum / tercium dant cum nuncio dicti domini patriarche ad requisitionem dicti domini Symonis dicto capitulo / ad hodiernam diem hora termini ut ipse dies termini probat(us) fuit ibidem legitime, occa/sione cuiusdam mansi dicti capituli positi in villa de Morsano, quem mansum ven/didit Pelegrinus dicto capitulo, ad cuius instanciam Iacobinus de Ro extitit fideiuss(or) / et varentator, ut aserebant, et de quo manso idem dominus Symon movebat / dicto capitulo questionem occasione cuiusdam emptionis per ipsum facte ad incantum, ut dicebat, / prorogaverunt hinc ad quindecim dies de connivencia dicti domini patriarche in Aquileg(ia), / hora termini in eo statu et conditione sic(ut) erat die hodierno, et hoc propter absen/ciam venerabilis viri domini Guilielmi decani dicte Aquilegensis ecclesie et propter absenciam / fideiuss(or)is et varentator(is) ipsius capituli de dicto manso, in quo quidem termino unusquisque / predictarum parcium teneatur hosternare iura sua que credit habere in dicto manso / et in quo die debeat procedi in lite huiusmodi ut de iure erit^b per sentenciam diffinitum.

S.T. Ego Martinus filius condam Stephani de Flambri, publicus imperiali auctoritate notarius, / hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^b erit *preceduto da fu- depennato*

59 ter

1328 gennaio 11, Aquileia.

Dinanzi al patriarca Pagano Della Torre compaiono il decano Guglielmo Rainaldo Della Torre e Berefino, canonici e agenti a nome del capitolo di Aquileia, dicendo essere scaduta la proroga di quindici giorni per la definizione della lite con il nobile Simone da Castellerio per un manso in Morsano. Poiché il decano Guglielmo chiede la definizione della lite, gli astanti della Curia patriarcale si riservano di emettere la propria sentenza dopo che il Capitolo avrà provato le sue ragioni, mentre il nobile Simone da Castellerio risulta essere contumace.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo octavo, indictione un/decima, die lune undecimo intrante mense ianuarii. Aquileg(ie), in patriarchali pa/lacio, presentibus venerabili viro domino Petro Mora vicario infrascripti domini patriarche, magistro / Iohanne phy(si)co, Mapheo notario Aquilegensis, Parisino notario de Utino testibus et aliis pluribus. / Coram reverendo in Christo patre et domino domino Pagano Dei et apostolice sedis gratia sancte / sedis Aquilegensis patriarcha existente in iudicio comparuerunt venerabiles viri domini / Guilielmus decanus, Raynaldus de la Turre et Berefinus canonici ecclesie Aquilegensis, / vice et nomine capituli predictae ecclesie proponentes atque dicentes quod cum pro parte / dicti capituli et pro parte domini Symonis de Castilerio hodie sint quindecim dies / et co(mm)uniter et concorditer convenerint coram ipso domino patriarcha et quidam tercius terminus / qui erat illa die prorogatus fuerit de parciun voluntate de connivencia ipsius / domini patriarche in Aquileg(ia) ad hodiernam diem hora t(e)r(min)i, in qua die tam ipse / dominus Symon quam ipsi de capitulo coram dicto domino patriarcha hostendere debebunt / ius suum quod credebant habere in quodam manso ipsius capituli positi in villa / de Morsano, quem mansum Pelegrinus vendidit dicto capitulo et de quo manso Iacobinus / de Ro extitit fideius(or) et warentator ipsius capituli, ut aserebant; ex quo / manso ipse dominus Symon, credens se ius habere in dicto manso occasione cuiusdam / venditionis sibi facte ad incantum^a de dicto manso, movebat questionem ipsis / de capitulo, et simili modo ipsi de capitulo movebant questionem dictis Pelegrino et / Iacobino pro warentatione dicti mansi; et prius probato die huius t(e)r(min)i prout / per sententiam diffinit(um) fuit diem probatum fore, petiit idem dominus decanus vice / et nomine dicti capituli per sententiam diffiniri quod inde iuris e(ss)et, et querente ipso / domino patriarcha a circumstantibus sue curie sententiatum fuit quod postq(uam) illi domini / de capitulo legitime probaverant prorogationem termini et diem termini esse hodie / quod debebatur procedi in iure capituli et audiri ius ipsius capituli et terminus / huiusmodi propter contumaciam ipsius domini Symonis clamati ad scalas palacii / et non comparentis, vel alteriuspro eo, inanis esse debebat et cassus.

S.T. Ego Martinus filius condam Stephani de Flambri, publicus imperiali auctoritate notarius, / hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a segue p(ro) depennato

1328 gennaio 11, Aquileia.

Dinanzi al patriarca Pagano compaiono il decano Guglielmo ed i canonici del capitolo di Aquileia Rainaldo Della Torre, Beruffino da Cremona e Guidotino detto "Prior", i quali erano in lite con il nobile Simone da Castellerio per un manso che il capitolo aveva acquistato da Pellegrino del fu Odorico da Morsano, con la fideiussione di Giacomino da Ro, abitatore di Castel Porpeto. Dopo aver udito la lettura dell'istrumento di acquisto, gli astanti emettono la propria sentenza e stabiliscono che il capitolo ha dimostrato le proprie ragioni sul manso in questione.

Originale membr., mm 335 x 160, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 60. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1328 11 I". Sul verso, mano sec. XIV: "Emptio mansi empti a Pelegrino de Morsano et sententie late in questione mansi predicti habita cum domino Symone de Castilirio"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1328 11 gen(nai)o. Sentenza"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "60c".

Pergamena in buono stato di conservazione, presenta inchiostro leggermente sbiadito in alcuni punti. Inchiostro unico.

In nomine Domini nostri Yhesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo / vigesimo octavo, indictione XI, die undecimo intrante ianuario. Aquilegie, / in pallatio patriarchatus, in camera videlicet domini patriarche, presentibus venerabili / viro domino Petro Mora vicario infrascripti domini patriarche, Bernardo / de Strasoldo, Zanino condam domini Meynardi de Aquilegia, magistro / Petro dicto de la Richa civibus Aquilegie et aliis pluribus ad hoc vo/catis testibus et rogatis. Venerabiles viri domini Gu(i)ll(elmu)s decanus, inclitus / decretorum doctor Raynaldus de la Turre thesaur(arius), Beruffinus / de Cremona et Guidotinus dictus Prior canonici et capitulum Aquilegensis / ecclesie constituti in iudicio coram venerabili patre et domino domino Pagano / Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha, transacta hora vespertina / occaxio(n)e cuidam termino habito ipso die simul et una cum nobili viro / domino Simone de Castelerio super questione quam idem dominus Simon movebat / eidem super quodam manso quem dictum capitulum emerat a Pelegrino condam domini / Odolrici de Morsano, de quo manso Iacobinus de Ro extiterat fideiussor et manutentor, in quo quidem termino dicti domini decanus et capitulum simul / et una cum prefato Iacobino de Ro habitator(e) castelli prope Porpetum / eorum manutentore eiusdem mansi et prefatus dominus Simon debebant / producere omnia iura sua que habebant in dicto manso: prefati domini decanus et capitulum / Aquilegense exposuerunt coram dicto domino patriarcha pro tribunali sedente qual(ite)r / die hodierna hora meridiana et term(in)i dati ut supra comparuerant coram / eo ad docendum de iure suo et quod sententiatum fuerat, quod instrumentum sui / iuris debetur legi coram dicto domino patriarcha et partibus si presentes erant / et si non erant presentes quod ipsi haberent dilationem ipso die usque post / horam vespertinam ad legendum ipsum, ut contineri deb(et) publico instrumento tdito^a per / Martinum notarium curie Aquilegensis; asserentes semper predicti domini decanus / et capitulum superius memorati quod parati erant de iure suo plenius edocere. Qui / dominus patriarcha quesivit a circumstantibus quid iuris super hoc. Un(de) sententiatum / fuit quod dictum capitulum deberet de iure suo edocere cum hora termini / predicti et dictum capitulum esset expectata et per adversam partem n(u)ll(u)s / comparet et faciens legi dictum instrumentum in astantium presentia, ipso / perlecto, quesitum fuit per prefatum dominum patriarcham a circumstantibus / utrum dictum capitulum probav(er)it ad plenum de iure suo dicti mansi / et sententiatum fuit a circumstantibus qui ibi erant quod valde bene proba/vera(n)t emptionem dicti mansi.

S.T. Ego Tadeus filius domini Iacobi de Palude de / Mediolano, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus / interfui et rogatus tradidi et scripsi.

^a da intendersi t(ra)dito, pur non essendoci alcun segno d'abbreviazione

1329 giugno 29, Udine.

Picardo del fu Albertino Paneterii da Bergamo abitante a Udine, essendo malato, intende disporre in tal modo dei propri beni terreni, tanto di quelli avventizi quanto di ciò che ha accumulato con il suo lavoro. Innanzitutto chiede di essere sepolto presso la chiesa di S. Maria di Udine, quindi stabilisce di lasciare una rendita livellaria annuale di una marca al custode ed ai canonici di S. Maria, da pagarsi ogni anno sulla sua casa di Udine: chiede perciò agli stessi canonici la celebrazione di messe per il suo anniversario e per quelli dei suoi genitori. A ciascuno dei preti officianti spetteranno due denari per ogni messa, mentre il resto verrà diviso tra il custode ed i canonici; gli eredi potranno comunque affrancare la casa, permutando detto livello con un'altra rendita di pari valore. Infine, egli nomina sua erede la figlia Albertina moglie di Lanfranco da Cremona.

Originale membr., mm 360 x 180, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 61. Sul recto, mano sec. XVIII: "1329"; mano sec. XX, a matita: "29 VI". Sul verso, mano sec. XV: "Testamentum [Pic]ardi de Pergamo [...]"; mano sec. XVIII: "1329 penult(im)o iunii"; altra mano mano sec. XVIII: " Testamentum ser Picardi filii domini Albertini Paneterii de Pergamo"; mano sec. XX, a matita: "61c".

Pergamena in buono stato di conservazione, presenta uno strappo, o roscature di topi presso l'angolo superiore sinistro. Inchiostro unico.

S.T. In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, / indictione duodecima, die penultimo iunii. Utini, in domo infrascripti testatoris / presentibus domino presbitero Boiato filio quondam Lanfranchi comitis de Cameyano, / domino Albertino de Placencia canonico Utini, Francisco filio domini Cani de / Senis Utini comorante, magistro Iacobo filio Pauli de Ripa Transonis diocesis Fi(r)ma/ne, magistro Iacobo casellario filio quondam Fulchini de villa Varmi, Iohanne filio / magistri Dyucii pelliparii de Utino, magistro Benvenuto a Saraturis filio quondam ma/gistri Piçoli calcificis, Benvenuto mercatore de Utino filio quondam Odorici calcificis / de Nimis, magistro Petro pellipario de Utino filio quondam Martini de Godega / et aliis pluribus testibus vocatis et ab infrascripto testatore vocatis et rogatis. Quamvis incerta / et dubia mortis hora debeat prudentis animo sus(ce)pta semper existere ac tamen corporis in/minente langore ipsius magis formidatur adventus, et ideo dispositioni substancie / temporalis tunc est precipue insistendum. Quo circa discretus vir Picardus filius quondam / domini Albertini Paneterii de Pergamo habitator terre Utini, eger corpore sed mente / sanus, timens mortis periculum voluit de bonis suis adventiciis et quibuslibet / aliis sue persone industria acquisitis et labore, et de quibus ordinationem presen/tem facere po(te)st per cause mortis donationem disponere, de ipsis suis bonis presen/tem causa mortis donationem fecit in hunc modum. Imprimis quidem ele/git sibi sepulturam suam apud maiorem ecclesiam Sancte Marie de Utino; item / legavit super domo sua quam habet in Utino, cui domui coheret a duabus partibus silic(et) / a mane et a septentrione via publica, et a sero domus filiorum quondam Rayneroti de Ven/çono, unam marcham redditum seu affictus livelli per suos heredes seu possessores / ipsius domus custodi et canonicis predictae ecclesie annuatim solvendam pro suo / anniversario faciendo et pro anniversario patris sui predicti et matris sue qui anniversari patris / est nona die marcii, que duo anniversaria fieri debeant cum vigiliis in sero et in mane / et cum celebratione missarum s(ecundu)m quod custodi et canonicis ipsius ecclesie qui pro tempore fue/rint videbitur expedire, et quilibet sacerdos ipsius ecclesie qui fuerit presens vigiliis et / qui celebrabit in dicta ecclesia in die anniversarii habere debeat de dicta marcha duos denarios / pro vigilia et pro missa in quolibet anniversario. Residuum vero ipsius marche divida/tur inter custodem et canonicos presentes, tali conditione per ipsum testatorem expresse apposita, quod si heres vel heredes legitimi ipsius testatoris velent dari alibi dictam / marcham reddituum et francare dictam domum et octo den(arios) plus in redditibus annuis dicti / custos et canonici teneantur in hac parte

complacere heredibus antedictis et huiusmodi cambium / facere. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus / presentibus et futuris dominam Albertinam filiam suam et uxorem Lanfranchi qui / fuit de Cremona heredem sibi instituit; et hanc dixit esse velle suam ultimam volun/tatem, quam valere voluit^a iure testamenti, et si iure testamenti non valeret valeat sal/tem iure codicillorum aut donationis causa mortis, vel alia qualibet ultima voluntate / qua melius valere po(tes)t, cassando et irritando omnem aliam ultimam voluntatem / quam hinc retro fecisset.

Ego Meliorancia filius olim magistri Clarelli de Tyenn(e), imperiali auctoritate notarius, / predictis interfui et de mandato supradicti testatoris ac rogatus hec scripsi.

^a voluit *nell'interlinea superiore*

1329 luglio 14, Udine.

Palomba vedova di Marco sarto da Udine vende per due marche di denari aquileiesi a Enrico sellai da Udine prima abitante a Venzone un affitto ovvero un livello di due staia di frumento, da pagarsi su una sua braida sita in Chiavris e lavorata da Giacomo da Chiavris.

Originale membr., mm 330 x 250, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 62. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1329 14 VII". Sul verso, mano sec. XIV: "Livellu(m) duo[rum] st[ariorum] f[rumenti]"; mano sec. XVII-XVIII: "Caprileis. N. 59"; mano sec. XVIII: "1329 14 luglio"; mano sec. XX, a matita: "62c".

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta inchiostro leggermente sbiadito in alcuni punti. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo CCC XX VIII, indictione duodecima, die XIII intrante iulio, presentibus Stephano qui fuit / de Civitate nunc Utini comorante genero infrascripte domine Palombe, Martino sartore filio condam Iacobi fabri de Utino, / Ottobono filio dicte domine Palombe de Utino testibus et aliis. Domina Palomba uxor condam magistri Marchi sartoris / de Utino per se suosque heredes precio et foro duarum marc(harum) denariorum Aquilegensis monete, quod ipsa contenta et confessa fuit se habuisse / et recepisse ab Henrico sellar(i)o de Utino qui fuit de Vençono, renuncians exceptioni non non^a dati, non habiti, non numerati et / non recepti dicti precii in se vel in alio tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio omnique alii suo iure tam canonico quam / civili, dedit et vendidit eidem Henrico pro se suisque heredibus et cui ius suum dare voluerit ementi et recipienti / fictum seu livellum duorum stariorum frumenti super una sua brayda sita in Caprileis que regitur per Nicolaum Claudum / de Caprileis, cuius hii sunt confines: ab una parte possidet Miculus de Caprileis et a tribus partibus sunt vie publice, et si qui / alii veriores reperiuntur confines, persolvendorum anuatim ipsi Henrico sellario et suis heredibus et cui ius suum / dederit in festo nativitatis Domini, vel octo diebus post, iure livelli pro dicta brayda, cum omni dicto / livello spectante et pertinente omnique iure, actione, dominio et honore dicto livello modo quolibet spectante et / pertinente tam de iure quam de facto et cum iure spangandi et intromittendi dictam braydam ut dictum est et / retinendi in se, sicut consuetudo est facere in t(er)ra Foriulii, si dictum livellum singulis ann(is) ipsi Henrico / sellario et suis heredibus et cui ius suum dederit non fuerit persolutum, ita quod de cetero prefatus Henricus sui que heredes / et cui ius suum dederit prefatum livellum super dicta brayda habeant, teneant et possideant et id possi(n)t / vendere, dare, donare, obligare, pignorarare, permutare, alienare, pro anima et corpore iudicare et quidquid eis / de dicto livello super ipsa brayda perpetuo placuerit face(re), sine omni contradictione et repetitione dicte ven/ditricis eiusque heredum aut alicuius alterius persone; promittens prefata venditrix per se suosque heredes cum obligatione / omnium suorum bonorum presentium et futurorum et omnium dampnorum et expensarum litis et extra refectione ac interesse stip(u)l(at)ione sole(m)pni dicto em/tori^b pro se suisque heredibus stipulanti de dicto livello super ipsa brayda per se vel interpositam personam ratione aliqua, / dolo, ingenio sive causa de iure vel de facto litem, contra versiam seu aliquam questionem non facere nec movere nec volenti / facere consentire, sed dictum livellum super prefata brayda cum omnibus iuribus ad id spectantibus ab omni / homine, universitate, parte et persona eidem emtori et suis heredibus et cui ius suum dederit legitime defendere, / manutenere, auc(toriza)re ac insolid(um) disbrigare, sub pena dupli valoris dicti livelli minus quinque soldis Veronensium / parvorum in singulis capitulis huius instrumenti stipulatione promissa, que tociens peti et exigi possit cum effectu quotiens / contra predicta vel aliquid predictorum factum fuerit; et ea soluta vel non, presens instrumentum suum semper obtineat plenum ro/bur et in hunc modum dedit eidem emtori in nuncium tenute Stephanum testem predictum qui ponat et / inducat eum^c in tenutam

^a non ripetuto nel testo

^b da intendersi emtori

^c eu(m) nell'interlinea superiore con segno di inzezione

et corporalem possessionem dicti livelli super brayda superius nominata. Actum Utini in contrata / Porte Nove, ante domum habitationis dicti Stephani testis predicti.

S.T. Et ego Franciscus Avon(us) filio magistri Iacobi de Utino, imperiali auctoritate / notarius, / predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

63

1330 settembre 14, Cividale.

Dinanzi al patriarca Pagano compare il nobile Simone da Castellerio, dicendo di essere ricorso in appello al consiglio generale contro una precedente sentenza in favore del capitolo di Aquileia e del suo procuratore Federico Burella. In sede di appello egli deve provare che Giacomino da Ro aveva il possesso del manso al tempo della lite, mentre il capitolo deve provare che il manso era posseduto da Pellegrino detto "Cavaliere".

Originale membr., 380 x 250, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 63. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1330 14 IX". Sul verso, mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1330 14 7bre. Dichiarazione"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "63c".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

S.T. In Dei nomine. Anno eiusdem Domini millesimo trecentesimo trigesimo, indictione tercia decima, die quarto decimo septembris, presentibus venerabilibus viris / dominis fratre Iohanne abbate monasterii Rosacensis, Petro Mora infrascripti domini patriarche vicariis, Guidone decano curie, Iacobo de Cararia / canonico Civitatensi, nobiles viris dominis Odorico de Cucanea, Hectore de Utino militibus, Nicolao de Castello, Bernardo et Henrico / de Strasoldo, ser Burtulucio de Lacalcina iuris perito de Bononia Utini commoranti, Odorico notario de Utino, Guill(el)mo, Henrico Venture, / Nicolao magistri Antonii et Stephano notariis omnibus de Civitate Austria testibus et aliis multis. Comparuit in iudicio coram / reverendo in Christo patre et domino domino Pagano Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha dominus Symon de Castilero, dicens / quod cum in processu questionis diucius ventilate coram dicto domino patriarcha intra ipsum agentem ex parte una et dominum Guilli(el)mum decanum / et capitulum Aquilegense sive Federicum Burellam de Soldaneriis de Florentia Utini commorantem, procuratorem et procuratorio nomine ipsorum / domini decani et capituli, ex altera nomine et causa cuiusdam mansi positi in villa de Morsano, quadam sententia coram dicto domino patriarcha per / maiorem partem circumstancium lata fuisset in favorem dicti domini decani et capituli, a qua sententia idem dominus Symon ad generale / colloquium appellavit; que app(e)ll(ati)o de comuni voluntate parcium, domino decano presente, scripta et sigillata fuit sigillo dicti domini patriarche, / ut moris est. Quam quidem appellationem coram sepedicto domino patriarcha in pleno et generali colloquio obtinuit hac condicione: si probatur / quod Iacobinus de Ro nominatus in dicta questione mansum litis tempore obligationis facte per ipsum Iacobinum de ipso manso habuisset in sua / possessione et dum dicta app(e)ll(ati)o reportata esset a dicto generali colloquio ad presenciam domini patriarche et lecta, volens ipse dominus Symon / probare condicionem apositam in ipsa appellatione, prefati dominus decanus et Federicus Burella nomine quo supra obtulerent se paratos / probare Pelegrinum dictum Cavalerium, qui ipsum mansum vendidit dicto capitulo, tunc possidere, et de voluntate parcium ac per laudum / et sententiam processum extitit quod probationes utriusque partis audiri debentur et qui melius probaret intencionem suam gaudere debeat exa/minatorum quarum probationum idem dominus patriarcha Stephano notario testi supradicto de voluntate parcium commisit; quibus probacionibus / per ipsum Stephanum examinatis prefatus dominus Symon cum nuncio dicti domini patriarche precipi fecit dictis dominis decano et Federico / nomine quo supra ut

hodie esse debent(ur) coram dicto domino patriarcha ad vidend(um) publicari dicta testium et ad vidend(um) quis melius probaverit / ad que dictus Federicus, procuratorio nomine dictorum decani et capituli, ipso domino decano presente, allegavit et dixit quod secundum quod sibi ad petitionem domini / Symonis prefati mandatum extiterat sic et eodem modo mandari fecerat cum nuncio domini patriarche prefati Palanudexio filio et / heredi condam Iacobi de Ro qui ipsum mansum dicto capitulo manutenere debet, ut esse debetur ad audiend(um) publicationem dictorum / probationum et ad defendendum dictum mansum capitulo predicto sive ipsi Federico procuratori dicti capituli. Replicavit iterum dictus dominus / Symon et dixit quod cum alias dictum capitulum obtinuisse coram dicto domino patriarcha contra Iacobinum prefatum pro huiusmodi defensione mansi / per laudum et sententiam non obstante citatione facta ad petitionem dicti Federici procuratoris dicti capituli, si compareat dictus Palanudex fuit / non procedendum esse secundum terminum designatum. Contra quam citationem factam per dictum Federicum nomine quo supra opponebat dictus Palanudex / dicens quod debet citari per primum, secundum et tertium terminos rationabiles, aliter respondere non tenetur, et hoc dicto recessit; super quibus / querente dicto domino patriarcha a circumstantibus ad petitionem dicti Federici procuratoris quid ius, sententiatum fuit nemine discrepante / quod si dictus condam Iacobinus convictus extiterat per dictum capitulum de predictis, cum heredis et defuncti eadem persona reputetur, ipse Palanudex / heres et hereditario nomine dicti patris sui convictus esse debet si contingerit ipsum capitulum amittere contra dictum dominum Symonem, non / obstante absentia dicti Palanudex et ad probandum predictam convictionem productum fuit unum publicum instrumentum scriptum manu Martini / de Flambre commorantis Aquil(egie) sub anno domini millesimo CCC vigesimo octavo, indictione XI^a, die lune quarto exeunte mense / decembri, per quid sententiatum fuit ipsum Federicum bene probasse. Quibus omnibus sic peractis prefatus dominus patriarcha de co(muni) voluntate / parcium ipsis presentibus prorogavit terminum inter ipsum dominum Symonem et Federicum procuratorem et procuratorio nomine quo supra ad diem / crastinam inter nonam et vespas ad videndum publicari dicta testium quorum dicta pro apertis habeantur et pro apertis pronunciavit de / ipsorum parcium voluntate. Actum Civitat(is), in sala maiori patriarchalis pal(atii).

Ego Federicus condam ser Galvagni notarii, sacri palatii notarius, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1330 settembre 15, Cividale.

Dinanzi al patriarca Pagano Della Torre compare il nobile Simone da Castellerio, affermando che essendo stato prorogato a quel giorno il termine fissato per la causa vertente tra lo stesso Simone da una parte e il decano del capitolo aquileiese Guglielmo ed il procuratore dello stesso capitolo Federico Burella per un certo manso sito in Morsano egli aveva richiesto la pubblicazione delle deposizioni dei testi prodotti dalle parti. Dopo aver udito la lettura di tali deposizioni, il patriarca chiede agli astanti di esprimersi in merito: la sentenza risulta favorevole al nobile Simone da Castellerio, tuttavia il patriarca non gli concede il possesso dei beni contesi, in quanto il decano Guglielmo ha annunciato di voler ricorrere in appello.

Originale membr., mm 320 x 190, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 64. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1330 15 IX". Sul verso, mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1330 15 7bre. Sentenza"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "64c".

Pergamena in discreto stato di conservazione. Inchiostro unico.

S.T. In Dei nomine. Anno eiusdem Domini millesimo trecentosimotrigessimio, indictione tercia decima, die / quinto decimo septembris, presentibus venerabilibus viris dominis fratre Iohanne abbate monasterii Rosacensis / et Petro Mora vicariis subscripti domini patriarche, Morando de Porcileis canonico Aquilegensis, / Odorico de Strasolt plebano Lavariani, nobilibus viris dominis Odorico militi de Cucanea, Bernardo de Strasolt, ser Burtulucio de Lalcaina de Bononia iuris perito, Guilliemo, Henrico, / Nicolao et Stephano notariis de Civitate Austria et aliis. Coram reverendo in Christo patre et / domino domino Pagano Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha comparuit in iudicio / dominus Symon de Castilero dicens quod, cum in questione que vertitur inter ipsum ex parte una et venerabilem / virum dominum Guillelmum decanum Aquilegensis ac Federicum Burellam procuratorem ipsius domini / decani et capituli Aquilegensis ex altera occasione cuiusdam mansi iacentis in Morsano, terminus / ipsis partibus assignatum de voluntate parcium predictarum ad diem hodiernam prorogatum fuit, / quare cum instancia petiit publicari dicta testium productorum per partes superius nominatas in questione / predicta secundum formam termini assignati, dicto Federico procuratore absente, non comparente. / Qui dominus patriarcha mandavit Stephano notario ut dicta et atestationes testium examinatorum / per ipsum in questione predicta de voluntate dictarum parcium coram ipso et testibus antedictis / legere et publicare debeat. Qui Stephanus notarius publice et aparte^a coram dicto domino / patriarcha et testibus supradictis dicta et atestationes dictorum testium per utramque partem productorum / vulgariter semel et bis legit; quibus atestationibus lectis, idem dominus patriarcha ad instan/ciam et petitionem dicti domini Symonis petiit a circumstantibus quid inde iuris sit, et que / ipsarum parcium melius probaverat intencionem suam: per omnes qui presentes erant sententiatum / fuit nemine discrepante quod idem dominus Symon melius et clarius probaverat suam intencionem. / Rogavit insuper dictus dominus Symon peti quid ulterius iuris sit, et petente dicto domino patriarcha / sententiatum fuit quod idem dominus patriarcha secundum tenorem sentencie late in generali col/loquio, ex quo probata est condicio aposita in dicta sententia per ipsum dominum Symonem, debet dare / ipsi domino Symoni nuncium suum ad inducendum eundem dominum Symonem in tenutam / et possessionem dicti mansi et ad accipiendum de bonis dictorum dominorum decani et capituli pro dampnis / et expensis factis in dicta causa per dominum Symonem prefatum, salva taxatione dicti domini patriarche, / si supra dictus dominus Symon peteret in congruum cum consilio sapiencium; super quibus expensis / factis dictus dominus Symon delib(er)are voluit ante quam faciat iuramentum, petens nuncium sibi / dari secundum quod sententiatum extiterat. Qui

^a da intendersi aperte

dominus patriarcha ipsi domino Symoni nuncium / suum dare recusavit, asserens quod dominus decanus prefatus dixerat velle appellare. Actum / Civitatis Austrie, in patriarchali palatio.

Ego Federicus condam ser Galvagni notarii, sacri palatii notarius, hiis omnibus interfui / et rogatus scripsi.

65

1330 settembre 19, Udine.

Il decano Guglielmo ed il capitolo di Aquileia nominano ed istituiscono il canonico Tano de Ganscendis da Bologna quale procuratore e nunzio speciale nel comparire dinanzi al legato apostolico Bertrando vescovo di Ostia e Velletri, al fine di proseguire il ricorso in appello contro una sentenza data presso la curia patriarcale nella causa vertente tra il capitolo e i nobili Simone e Merando da Castellerio per un certo manso sito in Morsano, sotto la Stradalta.

Originale membr., mm 260 x 205, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 65. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1330 18 IX". Sul verso, mano sec. XIV: "[Hec sunt instrumentum] emptionis [unius] mansi siti in Morsano a Peligrino [... et acta] in questione predicti mansi habita cum dominis Symone et Morando de Castilerio. III° XXX"; mano sec. XV: "In s[...] et instrumenta ali[a ...] emptioni [in] Morsano"; mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1330 19 7bre. Procura"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; altra mano sec. XVIII: "N° VIII. M. M."; mano sec. XX, a matita: "65c".

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta inchiostro leggermente sbiadito in alcuni punti. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo, indictione tercia decima, / die XVIII intrante mense setemb(ri)s. In capitulo mayoris ecclesie Aquilegensis, presentibus dominis Ambrosino, presbiteris / Tadeo, Gabrio, Gaspero mansionar(iis) ecclesie supradicte et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Venerabiles viri / domini Guill(el)mus decanus et capitulum Aquilegensis ecclesie antedicte, in quo capitulo fuer(un)t venerabiles viri domini Raynaldus / de la Turre, Ottolinus de Pergamo, Raynaldus de Cavatoriis de Mediolano canonici eiusdem Aquilegensis ecclesie^a, omni forma et modo quibus / melius potuerunt fecerunt et constituerunt dominum Tanum de Ganscendis de Bononia eorum conca/nonicum presentem et hoc mandatum sponte suscipientem suum et dicti capituli sindicum et procuratorem, / et nuncium specialem ad comparendum coram in Christo patre et domino domino Bertrando miseratione divi/na Ostien(si) et Velletren(si) episcopo apostolice sedis legato et coram quocumque eius auditore vel iudice de/legato ad proseguendum quandam appellationem ab eisdem decano et capitulo interpositam a quadam / sententia, si sententia dici potest, lata coram domino patriarcha Aquilegensi et eius curia in quadam causa / que inter ipsos decanum et capitulum ex una parte et dominos Symonem et Merandum de Castellerio / diocesis Aquilegensis ex altera occasione cuiusdam mansi sitti in villa de Morsano de subtus Stradam / Altam et ad impugnandam dictam sententiam tam ex vigore dicte appellationis quam per viam / simplicis que(r)imo(n)ie, ad agendum, deffendendum, proponendum, exequendum, paciscendum et promitte/ndum, sententiam unam vel plures audiendum et si necesse fuerit appellandum, appellationes proseguendum, / apostolos petendum, iudices elligendum, securitates prestandum et recipiendum, testes et instrumenta produ/cendum, unum vel plures procu(ra)t(or) loco sui substituendum et substitutos recusandum, et genera/liter ad omnia alia et singula faciendum que in premissis et circa premissa eidem procuratori vel / aliis substitutis necessaria et utilia videbuntur et que ipse dominus decanus et capitulum antedictum facere poss(int) / si adessent et ad iurandum de calumpnia et veritate dicenda cuiuslibet generis sacramentum, promitten/tes in r(ati)o(n)e suprascripto stipulanti nomine omnium quorum

^a canonici eiusdem Aquil(egensis) ecclesie *alla fine del testo con segno di richiamo*

interest vel interesse poterit se firmos, ratos, perpetuum / habituros quicquid per antedict(um) suum procurator(em) gestum et factum fuerit impremissis et circa premissa, tam in perdendo / quam in lucrando, sub ypotecha et obligatione omnium bonorum dicti capituli, volentes autem dicti^b dominus decanus / et capitulum supradictum dominum Tanum procur(atorem) suum ab omni satisfacionis onere rellevari, promisserunt pro eo / de iudicio sisti solvere iudicatum cum omnibus suis clausulis oportunis.

S.T. Ego Petrus dictus Hermacoras de Aquilegia, imperiali auctoritate notarius, / hiis omnibus interfui et rogatus hec omnia tradidi et scripsi.

^b d(i)c(t)i *corretto* su d(i)c(tu)s

Poiché donna Castellana sorella del fu Giacomino sellario da Udine aveva donato ai camerari e procuratori della fraterna di S. Giovanni di Udine i suoi diritti su una certa braida sita nel territorio di Udine, e siccome detti camerari avevano fatto apporre le "spanghe" su tale terreno a causa dei censi insoluti, ora la stessa Castellana approva e ratifica l'azione dei camerari.

Originale membr., mm 255 x 185, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 66. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1330". Sul verso, mano sec. XIV: "[Instrumentum domine Castellane qualiter rattificavit et approbavit ...]"; mano sec. XVIII: "1330. Braida in pertinenze di Udine della frat(ern)a"; mano sec. XX, a matita: "66c".

La pergamena presenta uno strappo e lacerazioni nella parte superiore con modesta perdita di testo sul lato destro alle ll. 1-2, con varie macchie e abrasioni, inchiostro evanito in alcuni punti, che ne ostacolano in parte la lettura. Inchiostro unico.

Anno Domini millesimo trecentesimo xxx^o, indictione xiii^a, die xv intrante [...] ^a / presentibus Gello calcifice filio olim Bicucii de Utino, Fra[...] ^b filio mag[istri] ^c / Warnerii de Utino, Francisco notario filio Artichi de Utino, Ma(n)[...] ^d filio / olim Francischini de Utino, [L]eonardo ^e filio olim Nicolay Archolane de Utino, / Glemono filio domine Piçule de Utino testibus et aliis. Cum [domina] ^f Castelana / soror olim Iacumini selarii de Utino, tamquam heres et hereditario nomine dicti olim / Iacumini fratris sui, per se suosque heredes dedisset magistro Antonio notario, Articho / et Adubado camerariis et procuratoribus fraternitatis Sancti Iohannis de Utino re/cipientibus vice et nomine dicte fraternitatis omne ius quod habebat seu habere / videbatur in brayda et super brayda [condam domini B]enoni ^g de castro Utini, sita / in teretorio Utini extra portam Aq[ui]legie, cuius ^h hii sunt confines: a duabus partibus / sunt vie publice, a tertia poss[ide(n)t Iohannes] ⁱ Cogoni de villa Utini et / a quarta possidet Iacobus fornasarius [de Utino, vel] ^j si qui alii sunt confines; et dicti ca/merarii et procuratores de voluntate [et] ^k consensu dicte domine Castellane pro cen/sibus non solutis dicte f[rater]nitati ^l [imponi] ^m fecissent super dictam braydam tres / spangas per laudum et sententiam, [prout in publicis] ⁿ instrumentis scriptis per me Pertoldum notarium / subscriptum prout inveni in notis [condam] ^o Francisci Selani notarii de Utino sub anno / Domini millesimo CCC^o XXIII^o, ind[ictione] ^p sexta, die quarto intrante february plenius / continetur [...rati] ^q dicta domina Castellana per se suosque heredes coram dictis testibus / et me notario subscripto rattificavit et aprobavit omnes spangas impositas / per dictos [...] camer]arios ^r et procuratores et omnia iura eorum et quicquid actum fuit / per ipsos et quod fiet per presentes camerarios et procuratores dicte

^a strappo della pergamena con perdita di tre o quattro lettere

^b inchiostro evanito

^c strappo della pergamena sul margine destro, forse senza perdita del testo

^d inchiostro evanito

^e piccolo foro con perdita della lettera iniziale

^f inchiostro evanito

^g lettura incerta a causa dell'inchiostro evanito

^h lettura incerta a causa dell'inchiostro evanito

ⁱ inchiostro evanito

^j inchiostro evanito

^k inchiostro evanito: si propone tale integrazione del testo

^l inchiostro evanito

^m inchiostro evanito: si propone tale integrazione del testo

ⁿ inchiostro evanito: si propone tale integrazione del testo

^o inchiostro evanito: si propone tale integrazione del testo

^p inchiostro evanito

^q inchiostro evanito

^r inchiostro evanito

fraternitatis / sancti Iohannis de Utino, silicet per Thobiam, Aulinum et Adubadum de Utino et / per futuros camerarios et procuratores dicte fraternitatis Sancti Iohannis de Utino, / promittens dicta domina Castellana per manum et fidem et nomine sacramenti per se suosque / heredes et cum obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum et dampnorum et expensarum ac / interesse solo verbo litis et extra refectione, memoratis camerariis et procuratoribus / dictam ratificationem et approbationem ratam et firmam habere et t[enere et]^s / non contra facere vel venire per se vel alterum de iure vel de facto, sub obligatione / omnium bonorum suorum. Actum Utini, in domo dicte domine Castellane.

S.T. Et ego Pertoldus filius condam Belçelgii de Utino, imperiali / auctoritate notarius, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^s *inchiostro evanito*

1330 settembre 20, Udine - 1330 ottobre 4, Cividale.

Dinanzi al patriarca di Aquileia Pagano Della Torre compare Eusebio da Romagnano, canonico e procuratore del Capitolo di Aquileia, il quale ricorre in appello contro una precedente sentenza: egli riferisce infatti che il nobile Simone da Castillerio aveva mosso causa contro al capitolo a motivo di un certo manso nella villa di Morsano sotto la Stradalta, ma la sentenza emessa il 15 settembre era da ritenersi nulla per vizi di forma, perciò egli aveva posto i diritti del Capitolo sotto la protezione del legato apostolico Bertrando vescovo di Ostia e Velletri, ottenendo dal patriarca le lettere di rinvio del processo.

Originale membr., mm 610 x 190, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 67. Sul verso, mano sec. XVII-XVIII: "Morsano, 1330 20 7bre. Appellazione"; mano sec. XVIII: "Capit(ol)o di Aquileia"; mano sec. XX, a matita: "67".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo, indictione / tertiadecima, die vigesimo mensis septembris, presentibus nobiles viris dominis Odo/rico de Cucanea, Artico de Prampergo, Preogna^a de Spinimbergo et Hectore de / Savorgnano militibus testibus et aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Coram / reverendo in Christo patre et domino domino Pagano Dei gratia sancte sedis Aquilegensis pa/triarcha constitutus venerabilis vir dominus Eusebius de Romagnano canonicus / Aquilegensis, syndicus et procurator canonicorum et capituli Aquilegensis ecclesie, presente / etiam Nicolao de Brazaco procuratore domini Symonis de Castillerio, ut dicebatur / quendam interposuit appellat(ionem) huius tenoris: coram nobis reverendo in Christo patre / et domino domino Pagano Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha compareo ego / Eusebius de Romagnano canonicus Aquilegensis, syndicus et procurator canoni/corum et capituli Aquilegensis ecclesie, dicens et proponens quod cum nobilis vir dominus / Symon de Castillerio coram nobis ipsos canonicos et capitulum tragisse in causam / occasione cuiusdam mansi positi in villa de Morsano subtus Stradam Altam, / vos die quintodecimo mensis septembris contra dictum capitulum et canonicos iniustam et / nullam sententiam querendo a circumstantibus laycis quid iuris esset protulistis, / hoc pro sententia habentes quod ab ipsis laycis stantibus et non sedentibus nec in scriptis / dictatum fuit, ex qua sententia dicti canonici et capitulum se reputant aggravatos; / quare ego Eusebius nomine dictorum capituli et canonicorum ab ipsa sententia iniusta si qua / dici posset ad reverendum in Christo patrem et dominum dominum Bertrandum Dei gratia / Ostien(sis) et Velletr(en)sis) episcopum apostolice sedis legatum in hiis scriptis appello et / a nobis apostolos peto et iterum ac iterato et instanti peto, subiciens me, dictum / capitulum et canonicos, eorum ecclesiam et mansum prefatum ac omnia eorum iura / protectioni et defensionem dicti domini legati, protestans etiam nomine quo supra quod / liberum sit dicto capitulo et canonicis dictam impugnare sententiam ex iniustitie et / nullitatis vigore. Qua quidem appellatione perlecta et recepta, idem dominus patriarcha / asseruit ipsi appellationi vele respondere. Actum Utini, in curia patriarchali.

Anno et indictione predictis, die secundo mensis octubris, presentibus venerabili viro domino fratre Iohanne abbate monasterii Rosacen(sis) vicar(io) ac discretis viris dominis Zonfredino de Op/preno vicedomino, Nicolao de Lasalle de Tarvisio domicello prefati domini / patriarche ac Betto notario de Utino testibus et aliis ad hoc specialiter vocatis et ro/gatis. Constitutus in presentia suprascripti domini patriarche dominus Eusebius sindi/cus et procurator antedictus petiit adhuc cum instantia apostolos sibi dari super appel/latione predicta, cui respondit idem dominus patriarcha quod ob dicti domini legati / et sedis apostolice reverentiam appellationi deferebat predicta et ipsum appel/lantem

^a da intendersi Pregonea

remittebat ad examen eiusdem domini legati et curie sue hanc / sibi responsionem cum processu cause precipiens sibi dari in formam publicam loco apostolorum sive litterarum remissoriarum. Actum ut supra.

Anno et indictione predictis, die quarto mensis octubris, presentibus venerabilibus viris / dominis Petro Mora vicario dicti domini patriarche, Odorico de Strasoldo canonico / civitatensi ac nobili viro domino Thomasuto de Cucan(ea) et Stephano notario / de Civitate testibus et aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Coram prefato domino / patriarcha constitutus dominus Eusebius syndicus et procurator predictus notificavit / et intimavit predicto domino Symoni de Castillero ibidem constituto appellationem suprascriptam et quod idem dominus patriarcha dicte appellationi detulit / et super ea apostolos sibi dedit. Actum Civitatis, in palatio patriarchali.

S.T. Ego Gubertinus condamnatus domini Ressonadi de Novate Mediolanensis diocesis, publicus / imperiali auctoritate notarius ac prefati domini patriarche officialis, premissis omnibus presens / fui et rogatus hoc publicum instrumentum inde scripsi et publicavi.

1332 dicembre 6, Udine.

Francesco del fu Giovanni Cataldini da Udine, essendo malato, detta le sue ultime volontà e chiede di essere sepolto presso la chiesa di S. Maria di Udine, cui lascia un livello di una marca di denari aquileiesi per l'anima sua e del fratello Pietro, con tale patto: se gli eredi del fratello acquisteranno un livello di pari valore per la chiesa di S. Maria, i camerari della fraterna di S. Giovanni si incaricheranno di riscuoterlo, liberando l'attuale livello gravante sulla sua casa in 'Spartonaris', e faranno celebrare l'anniversario del testatore.

Originale dalle note di Martino da Udine, membr., mm 190 x 170, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 68. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1332". Sul verso, mano sec. XIV: "Testamentum Francisci Cataldini qui legavit ecclesie Sancte Marie de Utino marcham unam, et camerarii fraternitatis sancti Iohannis debe(n)t [...] facere anniversarium suum"; mano sec. XVII-XVIII: "1332 6 decembre. Marca una di livello lasciata in testamento Francisci Cataldini"; mano sec. XX, a matita: "68c".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione quintadecima, / die sexto intrans(i) decembri, presentibus Mancheto de Utino, Leonardo filio olim Nicolai / Archolonie de Utino, Iacucio Liffo, Marcucio nepote olim Iacussii, Andrea / olim Cormanessii de Utino, Henrico consanguineo suo testibus vocatis et rogatis / et aliis. Franciscus filius olim Iohannis Chataldini de Utino, sanus mente per Dei / gratiam quam vis languens corpore, nolens ab intestato decedere set cupiens / saluti sue anime et dispositioni suorum bonorum in hunc modum suum es(s)e volu(it) testamentum. Inprimis eleit^a sibi sepulturam corporis sui apud ecclesiam / Sancte Marie de Utino, cui ecclesie legavit marcham unam denariorum de livello / pro anima sua et fratri suo hoc modo et pacto quod si heredes olim / Petri fratris mei emerint fictus unum unius marche denariorum de / livello in loco suficiente pro dicta ecclesia Sancte Marie et pro anima sua / et fratri suo, quod camerarii fratralge sancti Iohannis teneantur recipere / dictum fictum livelli pro dicta ecclesia Sancte Marie de Utino et eis liberare / debeant fictum livellum super domum suam sitam in Spartonaris pro aniv/ersario suo, et camerarii fratralge sancti Iohannis teneantur facere / anuatim aniversarium suum et pro eorum labore habeant denarios sexdicim; / et hoc suum esse voluit ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem^b quod si iure / testamenti valere non posset, valeat saltem iure codicillorum et alio quovis / iure quo valere possit melius et tenere. Actum Utini, in domo dicti testatoris.

S.T. Et ego Marcus de Spigimbergo nunc Utini permanens, imperiali auctoritate / notarius, ex comisione mihi facta per reverendum in Christo patrem et dominum dominum / Bertrandum Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham, prout inveni in abre/viaturis olim Martini notarii de Utino presens instrumentum sive testamentum scripsi / et in publicam formam^c fideliter reducendo.

^a da intedersi elegit

^b volu(n)tate(m) nell'interlinea superiore con segno di inserzione

^c da intedersi formam

1333 aprile 11, Udine.

Pascolutto mercante da Udine, essendo malato, detta le proprie ultime volontà e chiede di essere sepolto presso la chiesa di S. Francesco di Udine, cui dona una marca di denari. Tra le altre cose, dispone una marca e mezza di denari per il suo anniversario, da pagarsi sulla sua casa di 'Peliçariis', sita in Udine, affinché suo figlio Antonio ne faccia l'anniversario insieme alla fraterna dei mercanti di Udine. Infine nomina suo erede il figlio Antonio.

Originale membr., mm 390 x 175, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 69. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1333". Sul verso, mano sec. XIV: "[Test]am(en)tum Pasculuti qui dimisit [...]"; mano sec. XX, a matita: "69".

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta uno strappo presso l'angolo superiore destro ed inchiostro leggermente sbiadito in alcuni punti. Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno nativitat[is] eiusdem millesimo trecentesimo xxxtercio / indictione prima, die undecimo intrant(i) aprili, presentibus domino Iacobo presbitero / de Glemona, Hermanno condam Çarbonici de Glemona, Hermanno de Utino qui / dicitur de Percoto et Symone eius filio dicto Massio, Parisino notario de Utino, / Sassio mercatore de Utino, Meynardo Savii de Glemona notario testibus et aliis / ad hoc vocatis et rogatis. Pasculuttus mercator de Utino, sanus mente et / sensu per gratiam Iesu Christi licet corpore languens, timens ne decederet intestatus / suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc / modum facere procuravit. Imprimis quidem sui corporis sepulturam elegit apud ecclesiam Sancti Francisci ordinis fratrum minorum de Utino, ad fabricam cuius ecclesie legavit pro presenti / anno unam marcam denariorum Aquilegensium; et inter [cetera que ...]^a in eodem suo testamento / tam ecclesiis quam aliis quibuscumque personis dispos[uit et ordinavit]^b ipse legavit pro suo / aniversario fiendo anuatim unam marcam denariorum Aquilegensium cum dimidia super domo sua de / Peliçariis in qua moratur Gardinal(is) Tusc(us), sita Utini, ita quod Antonius heres suus / teneatur et debeat facere una cum camerariis fratralie mercatorum de Utino dictum aniver/sarium donec vixerit, et post mortem ipsius Antonii prefati camerarii teneantur et / debeant facere dictum anniversarium; et quandocumque heres suus predictus emerit dictis came/rariis unam marcam cum dimidia denariorum Aquilegensium de livello Utini, in loco competenti prefata / domus de Peliçariis sit exemta, habente quolibet camerario dicte fratralie pro suo la/bore denarios Aquilegenses octo. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, / iuribus et actionibus presentibus et futuris filium suum Antonium sibi heredem instituit et / et^c esse voluit, volens et mandans hoc fore suum ultimum testamentum et suam / ultimam voluntatem quod valere voluit iure testamenti, et si iure testamenti valere / non posset, valeat saltem iure codicillorum et iure cuiuslibet alterius ultime voluntatis / quo melius valere potest et tenere. Actum Utini, in domo dicti Pasculutti testatoris.

S.T. Et ego Franciscus Avonus filius condam magistri Iacobi / de Utino, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui et ro/gatus scripsi.

^a inchiostro evanito

^b inchiostro evanito: si propone questa integrazione del testo

^c et ripetuto nel testo

1333 maggio 22, Udine.

Damiano da Portogruaro abitante a Udine, cameraro della pieve di S. Maria Maggiore, a nome della stessa pieve e con il consenso del custode e dei canonici prende possesso di una casa appartenuta al canonico Albertino, sita in contrada S. Francesco, chiudendone ed aprendone la porta ed entrandovi, secondo l'usanza. Tale casa e la casa sita entro il giardino del Patriarca, anch'essa appartenuta al defunto canonico Albertino, dovranno essere concesse in locazione e l'affitto che se ne ricaverà verrà diviso in tre parti uguali: una spetterà al custode e ai canonici per l'anniversario del defunto con veglie di sera e al mattino e con messa conventuale, dando a ciascun sacerdote due denari per ogni messa e vigilia; dalla seconda parte verranno tratti quaranta denari per la cameraria, ed il resto verrà impiegato in messe, elemosine ed opere pie; della terza parte i camerari terranno ogni anno venti soldi come ricompensa per il proprio lavoro, utilizzando il resto per la manutenzione delle case, quando sarà necessaria, ed un eventuale avanzo ulteriore dovrà essere speso in memoria dell'anima del defunto.

Originale membr., mm 455 x 195, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 70. Sul recto, mano sec. XVIII: "1333"; mano sec. XX, a matita: "22 V. 1333 22 V" e "1333 22 V". Sul verso, mano sec. XIV: "Carta tenute [domorum olim domini ... Albertini]"; altra mano sec. XIV: "Instr(umentu)m poss(essi)o(n)is d(ic)te dom(us)"; mano sec. XVII-XVIII: frammento di testo illeggibile; mano sec. XVIII: "1335. Il beato Beltrame"; mano sec. XX, a matita: "70c".

La pergamena, in buono stato di conservazione, contiene due documenti (docc. 70 e 70 bis). Inchiostro unico.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione / prima, die vigesimo secundo madii, presentibus discretis viris dominis presbiteris Meliorancia et Simone / canonicis Utin(i), presbitero Dominico dicto Sfreydat, presbitero Buniosio et Bartholomeo de Toppo omnibus / Utini permanentibus testibus et aliis. Discretus vir dominus Damianus de Portugr(uario) nunc Utini perma/nens, camerarius ecclesie maioris Sancte Marie plebis Utini, cum consensu et voluntate dominorum cu/stodis et canonicorum dicte ecclesie et nomine et vice ecclesie predictae intravit in tenutam et corporalem / possessionem cuiusdam domus que olim fuit domini Albertini canonici Utin(i), vigore ordinam(en)ti dicti / olim domini Albertini, site Utini in contrata Sancti Francisci, cuius domus hii sunt confines: ab una parte possidet / Rosa uxor olim Cumucii, a secunda Petrus condam Berni de Utino, a tercia presbiter Pascolus de Variano / et ante est via publica; dicto domino Damiano nomine quo supra capiendo per hostium dicte domus, / claudendo et aperiendo hostium domus predictae, ut moris est, ac eciam intrando, sedendo et stando in dicta / domo; pactis tamen et condicionibus infrascriptis, videlicet quod dicti camerarii dictam domum et domum / sitam in viridario domini patriarche, que olim eciam fuit predicti domini Albertini, locare teneantur et debeant et / quod afflictus et reditus domorum predictarum perveniant et pervenire debeant ad manos camerariorum dicte / ecclesie qui pro pro^a tempore fuerint, cuius afflictus terciam partem dicti camerarii dare teneantur et debeant / dominis custodi et canonicis ipsius ecclesie pro faciendo aniversarium dicti olim domini Albertini cum / vigiliis in sero et in mane et cum missa conventuali, et quilibet sacerdos residens in ipsa ecclesia habere / debeat duos denarios pro missa et pro vigilia; item de secunda parte ipsius afflictus dicti camerarii / annuatim retineant quadraginta denarios pro camera, et residuum ipsius secunde partis expendant de / consilio dominorum custodis et canonicorum pro missis, elemosinis et piis operibus pro anima ipsius domini Al/bertini ac parentum et benefactorum suorum; item quod de tercia parte dicti afflictus camerarii ann(uatim) / habeant viginti denarios pro suo labore et de residuo reparent domos cum necesse fuerit, et quod supererit / de ipsa tercia parte teneantur expendere pro anima ipsius domini Albertini

^a pro ripetuto nel testo

sicut eis de consilio dominorum / custodis et canonicorum videbitur expedire. Actum Utini, ante dictam domum.

S.T. Et ego Franciscus filius Dominici becarii de Utino, imperiali auctoritate / notarius, hii omnibus interfui et rogatus scripsi.

70 bis

1333 maggio 22, Udine.

Damiano da Portogruaro abitante a Udine, cameraro della pieve di S. Maria Maggiore, a nome della stessa pieve e con il consenso del custode e dei canonici prende possesso di una casa con orto appartenuta al canonico Albertino, sita in Porta Cividale, chiudendone ed aprendone la porta ed entrandovi, secondo l'usanza. Tale casa e la casa sita in Contrada S. Francesco, anch'essa appartenuta al defunto canonico Albertino, dovranno essere concesse in locazione e l'affitto che se ne ricaverà verrà diviso in tre parti uguali: una spetterà al custode e ai canonici per l'anniversario del defunto con veglie di sera e al mattino e con messa conventuale, dando a ciascun sacerdote due denari per ogni messa e vigilia; dalla seconda parte verranno tratti quaranta denari per la cameraria, ed il resto verrà impiegato in messe, elemosine ed opere pie; della terza parte i camerari terranno ogni anno venti soldi come ricompensa per il proprio lavoro, utilizzando il resto per la manutenzione delle case, quando sarà necessaria, ed un eventuale avanzo ulteriore dovrà essere speso in memoria dell'anima del defunto.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo tricentesimo trigesimo tercio, indicione prima, die / vigesimo secundo madii, presentibus discretis viris dominis presbiteris Meliorancia et Simone canonicis / Utin(i), presbitero Buniosio et Petro dicto Burella omnibus Utini permanentibus testibus et aliis. / Discretus vir dominus Damianus de Portugr(uario) nunc Utini permanens, camerarius ecclesie / maioris Sancte Marie plebis Utini, cum consensu et voluntate dominorum custodis et canonicorum / dicte ecclesie et nomine et vice ecclesie predicte intravit in tenutam et corporalem possessionem cuius/dam domus que olim fuit domini Albertini canonici Utin(i) cum orto postposito^a, vigore ordinam(en)ti dicti olim domini Alberti/ni, site Utini in porta Civitatis, cuius domus et orti^b hii sunt confines: ab una parte possidet magister / Manninus phisicus, a secunda et tercia est viridarium domini patriarche et ante est via publica; dicto domino / Damiano nomine quo supra capiendo per hostium dicte domus, claudendo et aperiendo hostium / domus predicte, ut moris est, ac eciam intrando, sedendo et stando in dicta domo cum meo postpo/sito; pactis tamen et condicionibus infrascriptis, videlicet quod dicti camerarii ecclesie predicte dictam domum / cum orto et domum / sitam in contrata Sancti Francisci locare teneantur et debeant et quod affictus et redi/tus domorum predictarum perveniant et pervenire debeant ad manos camerariorum dicte ecclesie qui pro tempore / fuerint; cuius affictus terciam partem dicti camerarii dare teneantur et debeant dominis custodi / et canonicis ipsius ecclesie pro faciendo aniversarium dicti olim domini Albertini cum vigiliis in / sero et in mane et cum missa conventuali, et quilibet sacerdos residens in ipsa ecclesia habere debeat / duos denarios pro missa et pro vigilia; item quod de secunda parte ipsius affictus dicti camerarii annuatim / retineant quadraginta denarios pro camera, et residuum ipsius secunde partis expendant de consilio / dominorum custodis et canonicorum pro missis, elemosinis et piis operibus pro anima ipsius domini / Albertini ac parentum et benefactorum suorum; item quod de tercia parte dicti affictus dicti camerarii / annuatim habeant viginti denarios pro suo labore et de residuo reparent domos cum necesse fuerit, / et quod supererit de ipsa tercia parte teneantur expendere pro anima ipsius domini Albertini sicut eis de consilio / dominorum custodis et canonicorum videbitur expedire. Actum Utini, ante domum predictam.

S.T. Et ego Franciscus filius Dominici becarii de Utino, imperiali auctoritate / notarius, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a cu(m) orto postposito *alla fine del testo con segno di richiamo*

^b et orti *nell'interlinea superiore con segno di inserzione*

1334 agosto 8, Udine.

Giacomo detto "Comello " di Pietro da Esemon di Carnia abitante a Udine nel borgo superiore, essendo malato, detta il proprio testamento e chiede di essere sepolto presso la pieve di S. Maria Maggiore di Udine, cui lascia una rendita perpetua di otto denari; inoltre lascia una rendita ai camerari affinché facciano memoria del suo anniversario distribuendo pane e fave e facendo celebrare messe e veglie: tali rendite saranno garantite sull'acquisto di due affitti o livelli perpetui da parte dell'erede designato. All'ospedale di S. Maria Maddalena di Udine lascia un letto del valore di una marca di denari, quindi dispone un legato di quaranta denari tanto per la chiesa di S. Francesco che per quella di S. Pietro Martire, mentre lascia una libbra d'olio a tutte le chiese site entro i fossati delle "ville" di Udine, così come alle chiese di S. Quirino, di S. Lazzaro, S. Pietro di Tavella, S. Caterina, S. Tommaso di Chiavris; dispone anche un legato di mezza marca di denari in favore della fraterna dei macellai di Udine. Stabilisce poi un legato di otto denari in favore tanto della chiesa di S. Bartolomeo di Esemon che di S. Ilario di Enemonzo, e due denari ciascuna a tutte le chiese carniche poste a settentrione del fiume But. Assegna quindi varie somme di denaro e beni mobili in favore dei fratelli e di altri parenti, della serva e di due persone povere. Infine nomina sua erede universale la moglie Rosa, nominando suoi commissari ed esecutori testamentari Rolandino del fu Giovannino da Mantova e Giacomo tessitore del fu Gussetto da Gracco di Carnia.

Originale dalle note di Guecello da Portogruaro, membr., mm 590 x 135, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 71. Sul recto, mano sec. XX, a matita: "1334 8 VIII". Sul verso, mano sec. XIV: "Testamentum Iacobi Comelli"; altra mano sec. XIV: frammento di testo illeggibile; mano sec. XVII-XVIII: "1334. Testamentum Iacobi Comelli in quo legat camerario ecclesie Utini sex staria frumenti de livello emendo per suos heredes [su]per idoneis possessionibus. Multa alia condit legati ecclesiis et piis locis Utini"; mano sec. XX, a matita: "71c".

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentesimo / trigesimo quarto, indictione secunda, die octavo augusti. In burgo superiori Utini, / in domo habitationis infrascripti testatoris, presentibus Salimono condam Henrici / de Carnea, Phylippo condam Vecelli de Amar, Stephano cerdone condam Iohannis / dicti Cassi de Carnea comor(ante) in villa superiori Utini, Dominico condam Tho/madi de Bicinis qui moratur in villa Utini de Greçano, Rolandino / condam domini Iohannis de Mantua, Iacobo testor(e) condam Gusetti de Car/nea comorantibus in dicto burgo, Iohanino curto filio magistri Petri fabri / de dicto burgo, Francisco condam Vitalis de Vinay de Carnea Utini co/morante, Manfredino calderario condam magistri Thomasii de Bononia / in dicto burgo comor(ante) testibus vocatis et rogatis et aliis. Iacobus dictus / Comellus filius Petri de Semono^a de Carnea qui moratur in burgo su/periori Utini, per Yhesu Christi gratiam sanus mente licet corpore languens, timens / decedere intestatus per presens nuncupativum testamentum sine scriptis suorum / bonorum omnium dispositionem in hunc modum facere procuravit. Imprimis / suam sepulturam sibi ellegit apud maiorem ecclesiam Sancte Marie ple/bis Utini, cui ecclesie legavit, voluit et ordinavit quod per infrascr(iptum) eius hered(em) / ematur unus fictus perpetualis denariorum octo Aquilegensium perpetualiter persol/vendus pro eius anima ad fabricam dicte ecclesie; item legavit camerariis / ecclesie predicte qui pro tempore fuerint unum redditum sex steriorum frumenti / fictus sive livelli perpetualis emendus^b per infras(criptam) heredem eius super / ydoneis possessionibus cum quo redditu dicti camerarii annuatim facere / teneantur suum anniversarium cum pane et fabis vigiliis et missis / pro^c eis melius visum fuerit et pro suo labore in se debeant retinere / denar(ios) octo Aquilegenses, quem fictum voluit et iussit stati(m) emi / cum

^a da intendersi Esemono

^b da intendersi emendum

^c da intendersi prout

ab hoc seculo transmigrabit, et si non poss(it) statim emi quod de/narii statim debeant poni in deposito penes aliquam bonam personam / nomine dictorum camerariorum donec emetur redditus supradictus. Item legavit / ospitali Sancte Marie Magdalene de Utino unum lectum valoris / unius marche denar(iorum) pro eius anima. Item legavit ecclesie Sancti Francisci de / Utino denar(ios) XL Aquilegenses pro anima sua; item similiter ecclesie Sancti Petri / Martiris de Utino denarios quadraginta; item legavit omnibus ecclesiis aliis / que sunt infra fosatos villarum Utini pro qualibet libram unam olei; / item ecclesie Sancti Quirini de Utino unam libram olei; item legavit ecclesie / Sancti Laçari de Utino unam libram olei; item legavit fraternitati becariorum de / Utino mediam marcham denariorum; item ecclesie Sancti Petri de Tavella de / Utino unam libram olei; item ecclesie Sancte Caterine libram unam olei; item / ecclesie Sancti Thome de Caprileis unam libram olei. Item legavit pro anima / sua Salimoni avunculo suo de villa superiori Utini unam marcham / denariorum. Item legavit Gyulitte Claude unum vestitum novum de griso / pro anima sua. Item ecclesie Sancti Bartolomei de Desemono denar(ios) octo; / item ecclesie Sancti Helari de Carnea denarios octo Aquilegenses; item omnibus / aliis ecclesiis de Carnea ab aqua que dicitur But superius pro qualibet / denarios duos. Item legavit fratribus suis Dominico, Iohanni et Venerio / marchas quatuor denariorum inter ipsos equaliter dividendas iure hereditatis, / iubens et volens ipsos in hoc esse tacitos et contentos pro sua hereditate. / Item legavit Petro patri suo marchas octo denariorum Aquilegensium. Item / legavit Tose amite sue de Carnea de Desemono unam peliciam / novam de ruchinis pro anima sua. Item Chucie servitrici sue / unam cultram novam. Item ordinavit quod pro anima sua dari debeant / due cultre nove, prout comisariis suis melius videbitur expedire, / duabus pauperibus personis. In omnibus aliis suis bonis mobilibus et / immobilibus presentibus et futuris, iuribus et actionibus sibi universalem heredem / instituit Rossam uxorem suam sub hac condicione et forma, quod si / maritaretur aut non viveret caste quod voluit tunc ipsam habere de / bonis suis viginti marchas denariosum, residuum vero omnium suorum / bonorum sui comisarii infrascripti dispensare debeant ecclesiis et pau/peribus, prout eis melius visum fuerit, iubens quod ipsa se regere debeat / cum consilio infrascriptorum comisariorum; item voluit et ordinavit suos / comisarios et executores sui testamenti Rolandinum condam domini / Iohanini de Mantua et Iacobum testorem condam Gusetti de Car/nea de Graccho testes predictos comorantes in burgo / superiori Utini; et hoc voluit et iussit esse suum ultimum testamentum / et suam ultimam voluntatem, quam valere voluit iure testamenti, et / si iure testamenti valere non potest, voluit valere iure codicillorum / vel quocumque alio iure ultime voluntatis quo melius potest valere.

S.T. Et ego Dominicus magistri Zerbini de burgo inferiori Utini, im/periali autoritate notarius, ex comissione m(ihi) facta per reverendisimum / in Christo patrem et dominum dominum Bertrandum Dei gratia Aquilegensem dignissimum / patriarcham, prout inveni in notis olim Vucelli notarii de Portugr(uario), / presens instrumentum scripsi et in publicam formam redegi.